KALENDARIUM CISTERCIENSE, SEU MARTYROLOGIUM SACRI ORDINIS...

Cistercensi

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
36 C
36

Digitized by Google

KALENDARIUM CISTERCIENSE,

SEU

MARTYROLOGIUM

SACRI ORDINIS CISTERCIENSIS,

ROMANIS RUBRICIS

ACCOMMODATUM.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,

Ex Typographiâ FREDERICI LEONARD, Regis, Sereniſſimi Delphini, Cleri Gallicani, & totius Ordinis Ciſtercienſis Typographi.

M. DC. LXXXIX.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

KALENDARIUM
CISTERCIENSE,
SEU
MARTYROLOGIUM
SACRI ORDINIS CISTERCIENSIS,
ROMANIS RUBRICIS
ACCOMMODATUM.

BIBLIOTECA REGIONAL MIGUEL LERDO DE TEJADA

PARISIIS,
Ex Typographia Fredderici Leonard, Regis, Serenissimi Delphini, Cleri Gallicani, & totius Ordinis Cisterciensis Typographi.

M. DC. LXXXIX.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

MANDATUM

REVERENDISSIMI D.D. ABBATIS CISTERCIENSIS ORDINIS GENERALIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NOS FRATER JOANNES PETIT, *Abbas Ciſtercii, Chriſtianiſſimi Regis in Supremo Burgundiæ Senatu primus Conſiliarius natus, univerſi Ciſtercienſis Ordinis Caput ac Superior Generalis, ejuſdemque Capituli Generalis plenariâ authoritate fungentes, Reverendis & nobis in Chriſto chariſſimis Confratribus Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, Prioriſſis, Monachis, aliiſque Ordinis noſtri Ciſtercienſis perſonis quarum intererit,* SALUTEM. *Indulſit olim Capitulum noſtrum Generale de anno* 1605. Monaſteriis Martyrologium Ordinis non habentibus, Romano uti, donec noſtrum correctum imprimeretur ſecundùm ipſius Ordinis uſum. *Sed quæ fuit ejuſdem Ordinis ab eo tempore conditio, nemo ferè de his cogitavit: animis in plura alia graviora diſtentis, & contentionibus agitatis. Seda-*

Digitized by Google

tis tandem tempestatibus quibus navicula Cistercienſis velut inter undas fluctuantes jactata est, curavimus ut etiam in hac lectione omnes concordarent, prout disertè cautum est in Charta Charitatis, & Institutis Ordinis cap. 3. ubi inter libros quos non licet habere diversos, Kalendarium, *id est Martyrologium, expressè designatur. Propterea jussimus ipsum vetus* Kalendarium *nostrum à diversis mendis, quæ imperitiâ Amanuensium irrepserant, expurgari & ad formam Martyrologii Romani reductum prælo mandari, unà cum veteri partitione Regulæ nostræ: ut idipsum omnes legamus & dicamus, secundùm quod ab antiquo in Cistercio observatum est. Quin & permisimus unicuique Lectioni Martyrologii, subjici brevem quandam enarrationem Sanctorum virorum qui sub habitu nostro militantes, meruerunt in Menologio Ordinis inscribi: Non quod intendamus eos legi publicè vel Sanctorum numero adscribi, absque Sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritate: sed ut propositis eorum exemplis,* convertantur corda Patrum in filios, & increduli dirigantur in viam justorum, & *sic* præparetur apud nos plebs Domino

perfecta. *Hortamur itaque & mandamus omnibus vobis & singulis vestrûm, ut jam correcto & typis edito* Kalendario *seu Martyrologio nostro, etiam in hac lectione secundùm vetera Ordinis Instituta & modernam Sedis Apostolicæ Constitutionem, cum Monasterio nostro Cistercienſi conveniatis; vel si qua fortè animadverteritis in præfato opere adhuc correctione egere, observationes vestras ad nos quàm primùm transmittatis per Vicarios nostros Generales: quatenùs, collatione illarum facta ex æquo & bono, prodeat tandem in lucem opus omnibus gratum.* DATUM *Cistercii sub nostro Secretariique nostri signo manuali & nostri contra sigilli impressione, die 29. mensis Augusti, ann. Dom.* 1688. *Signatum,* F. JOANNES, *Abbas Generalis Cistercienſis.*

Locus sigilli.

Et infrà. *De Mandato præfati Reverendiſſimi Domini mei Abbatis Generalis Cistercienſis.*

F. RENATUS DUBOIS.

MONITUM.

QUID in hac *Kalendarii* noſtri correctione præſtitum ſit, paucis accipe. Definivit Capitulum Generale Ciſtercii celebratum anno 1601. *Martyrologium Ordinis ad formam Romani deinceps accommodandum & legendum.* Quod cùm ab eo tempore deſideraretur, præſertim in majoribus Abbatiis, quæ aviti Martyrologii lectionem retinuerunt, confecto tandem & edito Rituali, manus admota eſt etiam *Kalendario* emendando: ut juxtà Definitionem prædictam, Romano conformaretur. Ac primò quidem initium lectionis, quæ ex veterum more incipiebat à Vigilia Nativitatis Domini, remiſſum eſt ad Kalendas Januarii, ut ſic cum anno Juliano, quo Sancta Romana Eccleſia utitur, concordaret.

2. Pronuntiatio Feſtorum de quibus fit Officium, Miſſa vel Commemoratio in Ordine, primo loco poſita eſt; & pari ratione, Dedicationes Eccleſiarum noſtrarum (quod fortè videri poterit inſolitum) præmiſſæ ſunt Sanctis de quibus nihil agimus: quia etſi Feſtum Dedicationis proprium ſit Eccleſiæ quæ illâ die conſecrata eſt, communis tamen cenſeri poteſt apud nos, ratione arcti illius vinculi charitatis quo Monaſteria noſtra inter ſe devinciuntur.

3. Apoſtoli Martyribus, Martyres Confeſſoribus, Confeſſores cæteris Sanctis præmiſſi ſunt, juxta Rubricas Romanas.

Digitized by Google

4. Nomen Sancti vel Beati additum est pleriſque nominibus Martyrum vel Confeſſorum ; quia ſic jam loqui conſuevit Eccleſia Romana, ut magis oſtendat ſe diſſidere ab hæreticis qui cultum Sanctorum pertinaciter damnant.

5. Addidimus etiam plures præpoſitiones, aut nomina appellativa propriis civitatum, ut vitarentur locutiones quas jam ſolæciſmi incuſant hujuſce ætatis Grammatici. Imò nomina quædam olim voce indeclinabili poſita, uſui præſenti accommodata ſunt. Sic loco, Pariſius, Trecas, Bituricas, &c. ſcripſimus Pariſiis, Trecis, Bituricis, &c. pro, in Cæſareâ, vel in civitate Pariſiacenſi, &c. repoſuimus, in urbe Cæſareâ, vel, in civitate Pariſienſi.

6. Ne tamen novum Martyrologium conficere videremur, diſtinximus uncinis quæcumque ſic textui antiquo addi debuerunt, ſive ad conſtructionem grammaticam, ſive quoad Feſtorum recèns apud nos inſtitutorum additionem, ſive etiam ad expreſſionem eorum quæ *Kalendarium* vetus Ciſtercii auxerat ad Martyrologium Uſuardi quo uſi ſumus in mendis quàmplurimis è noſtro expungendis. In quo plurimùm & humaniſſimè nos adjuverunt R.D. Claudius Chaſtelain, Doctor & Canonicus Pariſienſis, & doctiſſimus ac humillimus R.D. Joannes Mabillon è Congregatione S. Mauri: quorum pietas & eruditio ſingularis omnibus perſpecta eſt.

7. Triplex verò iſta diſtinctio facilè dignoſ-

ci poteſt à peritis. Nam feſta quæ hoc ſæculo apud nos introducta ſunt & uncinis clauduntur, ſicut & omnes præpoſitiones vel nomina appellativa de quibus ſuprà; ea de noſtro, ut Rubricas Romanas ſequeremur, addidimus, putà *Dedicationes*, *Feſtum SS. nominis* JESU, *S. P. N. Stephani*, *&c.* vocabulum *Sancti*, vel, *Martyris*, cùm defuit, ſupplevimus. Cætera autem quæ inſerta ſunt in corpore lectionis, vel in fine adjuncta, ea deſumpſimus ex MM. SS. Ordinis, in quibus majores noſtri hæc addiderant originali Martyrologio Uſuardi, quod nobis commodavit dictus R. P. Mabillon, utpote è quo tanquàm ex fonte, Martyrologia poſteriora, tam noſtrum quàm Romanum prodierunt.

8. Concluſioni lectionum addidimus vocem, *alibi*, & vocem *Sanctarum*, ex Rubricis Romanis. Sic enim apud nos ſolebat terminari lectio quotidiana Martyrologii: *& aliorum plurimorum Sanctorum & Martyrum, Confeſſorum atque Virginum.*

9. Diſtinximus præterea periodos flexis & metris aſteriſcis ſignatis, quibus ex more Ordinis ſolemus intercipere lectiones; & triſſyllaba accentibus grammaticis notavimus, quò juniores noſtri faciliùs poſſint cantando legere, & quantitatem vocum pronuntiando ſervare. In quo tamen aliquantùm peccavimus, præſertim menſe Januario: nam cùm ex conſuetudine, metrum fiat poſt nomen urbis vel diei in qua natalis Sancti alicujus aſſignatur, nos plus æquo attendentes ad punctuationem Roma-

nam, ipsum metrum longiùs notavimus, v. g. *Tertio Nonas Januarii*, sic legitur, *Eódem die. Sancti Petri: * In civitáte Parisiénsi, Sanctæ Genovéfæ, &c.* cùm tamen asteriscus poni debeat ante nomen Sancti, hoc modo: *Eódem die: * Sancti Petri, &c.* quod signanter notavimus, ut prudens Lector emendet litteram, donec ampliori volumine & correctiori opus prodeat.

10. Ad finem cujusque lectionis Martyrologii, caput Regulæ suo quoque die legendum assignavimus, prout etiam disponitur in proprio loco ad calcem hujus libri; ut juxta veterum partitionem & ordinationem, Regula quater perlegatur in anno: cui addentur Constitutiones cùm primùm mandatæ prælo fuerint.

11. Subjecimus brevem quandam virorum Ordinis sanctitatis famâ illustrium relationem, ad ædificationem privatam eorum quibus non vacat legere operosum volumen Chrysostomi Henriquez.

Denique indicavimus ad marginem, qualitatem Officii Sanctorum de quibus fieri debet, simul & expositionem nonnullarum vocum Latinarum, quæ simplicioribus Gallis nostris ignotæ sunt; donec in sequenti editione, notis auctioribus & indice locupletiori præsens opus illustretur.

Interim ad intelligentiam eorum quæ ad pronuntiationem Lunæ pertinent necesse, est pauca è pluribus subjungere.

Ex Honorio Presbytero Augustodunensi lib. 2. de imagine mundi.

De divisione anni Lunaris & ejus Cyclo.

Notandum igitur quod annus dicitur ab innovando, & ab annulo, eò quod cuncta transeuntia innovat & in se revolvitur ut circulus. Annus autem multis modis accipitur. Lunaris annus quinque variè dicitur; primus est cùm Luna omnia signa Zodiaci pervolat, qui 27. diebus & 8. horis constat. Secundus, 2. diebus & 4. horis prolixior, postquàm Luna à Sole reaccenditur, qui propriè mensis nominatur. Tertius, qui dicitur communis, 12. hujusmodi mensibus in 354. diebus expletur. Quartus, Emboliſmus id est super augmentum, tredecim mensibus in 384. diebus conficitur. Qui uterque apud Hebræos à Paschali mense incipit, ibique finitur. A Romanis autem à Januarii Lunâ inchoatur, ibique terminatur. Quintus est Lunaris sive decennovennalis, cùm Luna post 19. annos ad easdem revertitur ætates.

Et hic est Cyclus decennovennalis incipiens à Luna Paschali, tantopere laudatus apud veteres; à quibus & dictus est Aureus numerus, ob eximiam ejus utilitatem; eôque per dies Kalendarii distributo, Ecclesia olim usa est, tùm ad conjunctiones Solis & Lunæ inquirendas, tùm verò maximè ad inveniendum diem Paschæ. Putabant enim majores nostri quod Novilunia, transacto spatio 19. annorum, ad eundem diem eandemque horam redirent.

Sed quia Luna sic perturbat sua curricula, ut elapsis 19. annis, licet Novilunium recidat in eandem diem, non tamen in eandem horam: quippe quæ in uno Cyclo, priùs solito ferè sesqui horâ renovetur, & in annis 312. & mensibus 6. anticipet uno die: propterea Gregorius XIII. Pontifex maximus, hoc Cyclo amoto, jussit substitui Cyclum Epactarum, qui ad certam Aurei numeri normam directus, efficit ut Novilunium & Luna Paschalis vera loca semper retineant; ideòque usus Aurei numeri in hoc solùm est, ut investigetur Epacta cujuslibet anni, & jam incipit, sicut & Epacta, & Indictio, à Kalendis Januarii.

De Epacta. Ex eodem Honorio loco cit.

Epactæ autem sic oriuntur. Annus Solaris habet dies 365. & ferè 6. horas. Lunaris verò 354. qui numerus ab alio superatur 11. diebus. Hi undecim, Epactæ, id est adjectiones, nominantur, quia singulis annis, cùm Novilunia citiùs contingant undecim diebus quàm præcedenti, ad inveniendam Lunam, 11. dies adjiciuntur. Singulis ergò annis adjice undecim. Si infrà 30. fuerit numerus, ipsæ erunt Epactæ præsentis anni. Si ultrà, tolle 30. quot remanent tanta erit Luna.

Luna porrò prima lucet 4. punctis. 2ª. octo. 3ª. duodecim, & sic usque ad Plenilunium, quotidiè quatuor puncta adjiciuntur. In decrescendo, similiter quotidie quatuor auferuntur. In Plenilunio totâ nocte lucet; cùm est trigesima,

nihil. In Lunari computo quinque puncta faciunt unam horam. De unaquâque die ergò quatuor punctis acceptis, & quinque unicuique horæ distributis, quot horis Luna in nocte luceat citiùs, videbis.

Attamen quando ultima Epacta concurrit cum ultimo Aureo numero, illi Epactæ adduntur 12. cujus rei ratio ista est quod Luna à sole recedens, post 29. dies & horas 12. eum iterùm consequitur: sed horâ 12. nondum peractâ, à Sole reaccenditur. Restant enim ex horâ per singulos menses quatuor momenta & uncia unius momenti & unus atomus. Hæc per singulos annos augmentata, post 19. annos integrum diem perficiunt. Qui dies additus undecim Epactis consuetis, facit 12. & vocatur saltus Lunæ. Primus ergò annus decennovennalis habet 30. Epactas, quia 19°. sunt 18. Epactæ, quibus addendo 12. fiunt 30. sed ideò dicitur quod nullas habeat, quia in singulis mensibus, 30. rejiciuntur. Quota Luna fuerit die 11. Kalendas Aprilis, tales erunt Epactæ anni illius. *Hucusque Honorius de Epacta.*

De Littera Martyrologii.

Inde facile est invenire singulis diebus quota sit Luna per litteras, quæ ordinatim dispositæ sunt numero triginta, suprà Historias Sanctorum: quot nimirùm sunt Epactæ ex quibus Cyclus Epactarum compositus est; & indicant per notam Arabicam subtùs sibi correspondentem, numerum Lunationis pronuntiandæ. Nam cognitâ semel litterâ unius anni, addendo

anno ſequenti undecim dies Epactæ per litteras ſubſequentes deſignatos, littera undecima eſt Littera Martyrologii pro anno ſequenti, & ſic de omnibus aliis annis, v.g. hoc anno 1689. Littera Martyrologii eſt h minuſc. numera pro anno 1690. uſque ad undecimam litteram quæ ſequitur ipſam litteram h, & habebis litteram u. quod videre licet in Tabella Epactarum & Litterarum Martyrologii infrà poſita; quæ perpetuò uſui eſſe poteſt ad hujuſmodi Litteræ & Lunationis per illam deſignatæ inventionem.

Excipiuntur ab hac regulâ, anni in quibus contingit ſtatus vel ſaltus Lunæ, v.g. anno 1699. in quo Aureus numerus eſt 9. Epacta XXIX. & Littera Martyrologii N majuſc. ultima die Decembris invenietur Luna decima. Et ſic prima die anni 1700. Epacta deberet eſſe X. & Luna numerari undecima ſub littera K. Sed quia mutatur Tabella Epactarum quæ incipit ab anno 1582. uſque ad finem anni 1699. & incipitur altera Tabella ab anno 1700. uſque ad finem 1899. aſſumitur Epacta unâ unitate minor quàm in Tabellâ priori, ut Novilunia numerentur uno die tardiùs quàm ante; fitque velut quidam ſtatus Lunæ, & prædicto anno deſignatur per litteram i quæ decimo loco ſequitur biſque numeratur Luna decima, tam ſcilicet Kalendis Januarii, quàm pridie Kalendarum, & idem continget anno 1900.

E contrario quando fit ſaltus Lunæ, tunc in Kalendis Januarii Luna pronuntiatur duobus diebus major quàm pridie Kalendarum, indica-

turque per litteram quæ 12° loco sequitur litteram præcedentis anni ; quia tunc respondent Aureis numeris Epactæ unâ unitate majores quàm priùs, v. g. [a] anno 2399. Aureus numerus erit 6. Epacta xxij. & Littera Martyrologii C majusc. sub quâ ultimâ die Decembris numerabitur Luna 3. atque ita in Kal. Januarii 2400. deberet pronuntiari Luna 4. sub litterâ c. min. sed quia propter æquationem Lunæ, Novilunium numeratur uno die citiùs, scilicet 27. Januarii, adduntur Epactæ duodecim dies & sumitur Littera Martyrologii duodecima post C. quæ est d. & sub illâ pronuntiatur Luna 5. Littera enim F majuscula, etsi bis ponatur, pro una computatur. Quænam verò sint illæ Tabellæ & quæ ratio æquandæ Lunæ, fusiùs dicetur in editione sequenti. Sufficiat nunc Tabula sequens Epactarum & Litterarum Martyrologii tam temporaria quàm perpetua.

[a] Anno 1691. id cõtinget. Nam cùm 30. Decembris anni 1600. Luna reperiatur 30. sub litterâ u. in Kal. Januar. 1691 deberet numerari Luna 1. sed quia eo anno adduntur 12. Epactæ, fit saltus Lunæ & numeratur Luna 2. sub litterâ a. Sic etiam anno 1710 & 1719. Item anno 2399. Aureus numerus erit 6. &c.

TABELLA PERPETUA EPACTARUM & Litterarum Martyrologii.

Littera Mart.	P	l	C	c	p	F	F
Epacta.	*	xj	xxij	iij	xiiij	xxv	25
Littera Mart.	f	ſ	M	i	A	a	m
Epacta.	vj	xvij	xxviij	ix	xx	i	xij
Littera Mart.	D	d	q	G	g	t	N
Epacta.	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix
Littera Mart.	k	B	b	n	E	c	t
Epacta.	x	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvj
Littera Mart.	H	h	u				
Epacta.	xxvij	viij	xix				

TABELLA TEMPORARIA
Litterarum Martyrologii ab anno præsenti 1689.

Anni Dñi.	Aur. num.	Epactæ	Litteræ Mart.
1689	18	viij	h
1690	19	xix	u
1691	1	j	a
1692	2	xij	m
1693	3	xxiij	D
1694	4	iij	d
1695	5	v	q
1696	6	xxvj	G
1697	7	vij	g
1698	8	xviij	t
1699	9	xxix	N
1700	10	ix	i
1701	11	xx	A
1702	12	j	a
1703	13	xij	m
1704	14	xxiij	D
1705	15	iiij	d
1706	16	xv	q
1707	17	xxvj	G
1708	18	vij	g
1709	19	xviij	t
1710	1	* seu 30	P
1711	2	xj	l
1712	3	xxij	C
1713	4	iij	c
1714	5	xiiij	p
1715	6	xxv	F
1716	7	vj	f
1717	8	xvij	ſ
1718	9	xxviij	M
1719	10	ix	i
1720	11	xx	A
1721	12	j	a
1722	13	xij	m
1723	14	xxiij	D
1724	15	iiij	d
1725	16	xv	q
1726	17	xxvj	G
1727	18	vij	g
1728	19	xviij	t
1729	1	* seu 30	P
1730	2	xj	l
1731	3	xxij	C
1732	4	iij	c
1733	5	xiiij	p
1734	6	xxv	F
1735	7	vj	f
1736	8	xvij	ſ
1737	9	xxviij	M
1738	10	ix	i
1739	11	xx	A
1740	12	j	a
1741	13	xij	m
1742	14	xxiij	D
1743	15	iiij	d
1744	16	xv	q
1745	17	xxvj	G
1746	18	vij	g
1747	19	xviij	t
1748	1	xxix	N

De Kalendis, Nonis & Idibus.

Reſtat ut pauca de Kalendis, Nonis & Idibus dicamus; de quibus hi verſus circumferuntur.

Prima dies menſis cujuſque eſt dicta Kalenda.
Sex Majus Nonas, October, Julius & Mars.
Quatuor at reliqui. Tenet Idus quilibet octo.
Inde dies alios omnes dic eſſe Kalendas,
Quas retrò numerans, dices à menſe ſequenti.

Verſibus his noſcas menſis cujuſque Kalendas.
Janus & Auguſtus, nonas denaſque, December.
Julius, October, Majus, Mars hepta decemque.
Junius, Aprilis, September, & ipſe November
Ter ſenas retinet; Februſque bis octo Kalendas.

Kalenda dicta eſt quaſi convocatio à verbo Græco καλεω id eſt convoco, quia nuntiato Novilunio à Pontifice ethnico, Populus Romanus convocabatur ad ſacrificium. Nonæ dicuntur dies 5. vel 7. quâ ad nundinas iterùm populus veniebat in urbem die nonâ ante dimidium menſis. Idus denique nominaverunt 13. vel 15. diem menſis à verbo Iduare quod eſt dividere, nec non & ab Idæa, quod eſt ſpecies, quia Luna plenam ſui ſpeciem in medio menſe monſtrat.

DA OCCASIONEM SAPIENTI ET SAPIENTIOR ERIT

RUBRICÆ

KALENDARIUM CISTERCIENSE,

SEU

MARTYROLOGIUM

EX USUARDO,

Ad usum Sacri Ordinis Cistercienſis.

Singulis diebus anni Juliani, juxta novam Eccleſiæ Romanæ correctionem accommodatum, & ad exemplar autographum ipſius Uſuardi emendatum, auctum & notis illuſtratum.

JANUARIUS.

1 Kalendis Januarij. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 26 27 28 29 30 1

CIRCUMCISIO Dómini noſtri JESU CHRISTI. Romæ, Sancti Almáchij Mártyris: * qui, jubénte Urbis Præfécto, cùm díceret: Hódie Octávæ Domínici diéi ſunt, ceſ- *Serm. min.*

sâte à superstitiónibus Idolôrum ; à gladiatóribus occísus est. Viâ Appiâ, Corónæ mílitum trigínta: * sub Diocletiáno Imperatóre. Item Romæ, Sanctæ Martínæ Vírginis: *quæ sub Alexándro Imperatóre divérsis tormentórum genéribus cruciáta ; tandem gládio, martyrii palmam adépta est. Apud Spolêtum, Sancti Concórdij Presbyteri & Mártyris, tempóribus Antoníni Imperatóris: * qui primò fústibus cæsus, equúleo suspénsus, ac ferro pòst in cárcere macerâtus, ibîque Angélicâ visitatiône consolâtus ; demùm glâdio vitam finîvit. In [Civitate] Cæsareâ Cappadóciæ, depositio S. Basilij Epíscopi: * cujus celébritas octávodécimo Kaléndas Júlij, potíssimùm recólitur. In Africâ, Beáti Fulgéntij Eccléfiæ Ruspénsis Epíscopi: *qui ob Cathólicam fidem & exímiam doctrînam exílio relegátus ; tandem ad própriam Eccléfiam redîre permíssus, vitâ & verbo clarus sancto fine quiêvit. In território Lugdunénsi, Sancti
S. Oyend Augéndi Abbâtis: * cujus vita virtútibus & miráculis plena, in Monastério Jurénsium, sub Chilpérico Rege Francórum refúlsit. Alexándriæ, Sanctæ Euphrósynæ Vírginis.

℣ Et [álibi] aliôrum plurimôrum, Sanctôrum ; Mártyrum, & Confessôrum: * atque Sanctârum Vírginum. ℟. Deo grátias.

Sic semper terminatur Lectio Martyrologii.

Lectio Regularis. De generibus Monachorum.

CISTERCII in Gallia, B. Bernardi Abbatis duodecimi, qui cùm sex menses toti Ordini laudabiliter præfuisset, clarus
a Liege. miraculis quievit in Domino. Leodii a, Venerabilis Joannis Prioris

Cornelienſis, admirandæ pietatis & ſimplicitatis viri, qui Officium SS. Sacramenti Altaris proprium, non ſine miraculo, juvenis edidit. In Gallæcia, obitus D. Petri Abbatis de Armenterâ. In agro Cameracenſi, depoſitio Ulrici Abbatis Villarienſis, qui abdicatâ præfecturâ, Monaſticarum traditionum obſervantiâ venerabilis, Valcellis loco primæ profeſſionis ſuæ, octogenarius requievit.

2 Quarto Nonas Januarij. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
t u A B C D E F F G H M N P
20 21 22 23 24 25 26 27 27 28 29 30 1 2

OCTAVA ſancti Stéphani Protomártyris.] Apud Antiochíam, Paſſio Beáti Iſidóri Epíſcopi. In Ponto Civitáte Tómis, trium Fratrum Argéi, Narcíſſi & Marcellíni púeri; * qui ſub Licinio Príncipe inter tyrónes comprehénſus, cùm nollet militáre, cæſus ad mortem, & diù in cárcere macerâtus, atque in mare merſus, martyrium conſummâvit. [Fratres verò ejus gládio interémpti ſunt.] In Thebáïde, Sancti Macárij Abbâtis Alexandríni. *Comm. & Miſ.*

℣ Et álibi &c.

Lectio Regularis. Qualis debeat eſſe Abbas.

IN Diœceſi Cabilonenſi *a*, piæ memoriæ Theobaldi Ciſtercienſis Abbatis vigeſimi ſexti, qui verbo & exemplo oves Ordinis paſcens migravit ad Chriſtum. In Saxonia, Venerabilis Alardi, qui ex milite Monachus factus in Monaſterio de Luxa, horâ quam prædixerat, bonus odor Chriſti factus, Spiritum efflavit. Compluti *b* in Hiſpaniâ, depoſitio Reverendiſſimi Vvillelmi Epiſcopi Mindenſis: qui ex Monacho factus Pontifex, poſt carcerem diuturnum, & alios agones, exul pro fide Catholicâ obiit.

a Chalons ſur Saone.

b Alcala.

3 Tertio Nonas Januarij. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 28 29 30 1 2 3

Comm. & M. a S. Antere.

OCTAVA Sancti Joánnis Evangelíſtæ.] Romæ viâ Appiâ, natâlis Beáti[a] Anterotis Papæ: * qui cùm duódecim annis rexíſſet Eccléſiam ꝛ paſſus eſt ſub Maximíno, & in cœmetério Callíſti ſepúltus. Eôdem die, Sancti Petri: * qui apud Civitátem Aulônam, Crucis ſupplício eſt interémptus. In Helleſpónto, Sanctórum Mártyrum Cyrici, Primi & Theógenis. In Civitáte [Pariſiénſi] Sanctæ Genovéfæ Vírginis: * quæ à Beáto Germáno Autiſiodoréníi Epíſcopo Chriſto dicáta ꝛ admirándis virtútibus & miráculis latè cláruit.

℣ Et álibi &c.

Lectio Regularis. Ergò cùm.

IN Galliâ, venerabilis Hoſtradi Abbâtis, qui ex hac vitâ vocatus ad patriam, & ad celeſtes epulas invitatus tranſiit. Namurci in Belgio, B Oziliæ Virginis, quæ pretioſam ſanctorum mortem, Salſimæ obiit.

4 Pridie Nonas Januarii. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
t u A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 29 29 30 1 2 3 4

OCTAVA Sanctôrum Innocéntium.] Natâlis Beáti Titi : * qui ordinátus ab Apóſtolo Paulo Creténſium Epíſcopus ? ac prædicatiónis officium fideliſſimè complens, beâtum finem adéptus eſt : * ibîque ſepúltus apud Eccléſiam, ubi fúerat dignus Miníſter conſtitútus. Apud Africam, præclariſſimórum Mártyrum Aquilíni, Gémini, Eugénti, Marciáni, Quincti, Theódoti, & Tryphônis : * quorum geſta habéntur. Romæ, Sanctôrum Priſci Preſbyteri, Priſcilliáni Clérici, ac Benedíctæ Religióſæ : * qui ſub témpore Juliáni Imperatóris gládio martyrium complevérunt. Item Romæ, Sanctæ Dafróſæ uxôris Flaviáni [a] Martyris : * quæ poſt interfectiónem ipſius, primùm relegâta exílio ? dein à præfáto Príncipe, cápite juſſa eſt puníri. In Civitáte Bonóniâ [b], [Sanctôrum] Hermêtis, Aggæi, & Caij [Mártyrum.]

℣ Et álibi, &c.

Comm. & M.

[a] *aliàs Fabiani.*

[b] Bodon en Myſie.

Lectio Regularis. Diviſio. In doctrinâ.

IN Diœcesi Remensi obitus Domni Rogerii Abbatis, qui è Regio loco miſus, Monaſterium de Ellantio fundavit & rexit. In Belgio, depoſitio Elizabethæ. Vallis Roſarum ſanctimonialis; in cujus tranſitu vooes Angelorum auditæ ſunt. In Luſitaniâ, Venerabilis Ciſinandi, qui à S. Bernardo, in Hiſpaniam directus, Ordinem in Cœnobio Sancti Joannis ſtabilivit.

5 Nonis Januarii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
ſ t u A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 29 30 30 1 2 3 4 5

VIGILIA Epiphániæ Dómini.] Romæ, Natális Beáti Teléſphori Papæ: * qui ſéptimus poſt Petrum Apóſtolum Póntifex ordinátus ? illúſtre martyrium duxit, [ſub Antoníno Pio.] Apud Antiochíam, Sancti Simeônis Mónachi: * cujus vita & converſátio ſatis éxtitit admirábilis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. Diviſio. Meminiſſe.

IN Italiâ, B. Alachrini Epiſcopi: qui ex Priore Caſæ Mariæ ad Pontificatum evectus, multis præconiorum titulis uſque hodie commendatur. In Friſiâ depoſitio Venerabilis Cithardi, primi Floridi Campi Abbatis.

6 Octavo Idus Januarii. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 30 1 1 2 3 4 5 6

EPIPHANIA Dómini. In território Reménſi, Paſſio Sanctæ Macræ Vírginis: * quæ [ſub Maximiáno] jubénte Rictióvaro Præſide, cùm in ignem eſſet præcipitâta & permansíſſet illæſa: dein mammíllis abſcíſſis & ſquallôre cárceris afflícta, ſuper teſtas étiam acutíſſimas & prunas volutáta: * orans migrâvit ad Dóminum. Rédonis[a], Sancti Melánii Epíſcopi & Confeſsôris: * qui poſt ſigna virtûtum, júgiter inténtus cœlo, emigrâvit à ſæculo. *Serm. maj.*

[a] Rennes, S. Melaine.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. De adhibendis ad conſilium fratribus.

IN Monaſterio Alpium, B. Garini Epiſcopi Sedunenſis *b*: de quo Sanctus Bernardus ſcribit, quod auctore Deo ad altiorem gradum aſſumptus, tanquàm Sol, Alpenſem Congregationem ubique reddidit illuſtrem. In Valle Sancti Lamberti Leodienſi, obitus Jacobi Monachi: qui feliciſſimo fine ad æternitatem migravit.

b Sion en Valés.

7 Septimo Idus Januarii. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r f
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
c u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 2 3 4 5 6 7

RELATIO púeri JESU ex Ægypto. Eôdem die, Beáti Luciáni Antiochénæ Eccléſiæ Preſbyteri & Mártyris: * qui ſatis clarus doctrinâ & eloquéntiâ, paſſus eſt Nicomédiæ ob confeſſiônem Chriſti ſub perſecutiône Maximíni: ſepultúſque Helenópoli Bithyniæ. Apud Antiochíam, Sancti Cleri Diáconi: * qui pro confeſſiônis glória ſépties tortus, & in cárcere diù macerâtus: ad últimum decollâtus Martyrium conſummávit. In Civitâte Heracléâ, [Sanctôrum Mártyrum] Felîcis & Januárii.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. Quæ ſint inſtrumenta bonorum operum.

LAUSANNÆ depoſitio B. Amadæi Epiſcopi: qui ex Abbate Altæcumbæ ad Lauſannenſem Eccleſiam promotus, totis quatuordecim annis ſanctiſſimè præfuit & profuit. In Diœceſi Abrincenſi S. Vitalis Abbatis Savigniaci, virtutibus & miraculis celebris.

18 Sexto Idus Januarii. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r s
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

FESTUM Sanctíssimi Nomínis JESU.] Neápoli Campániæ, Natâlis Sancti Severíni Epíscopi & Confessôris, Fratris Beatíssimi Victoríni Mártyris: * qui Severínus, post multârum virtûtum perpetratiónem, plenus sanctitâte quiêvit. [Bellováci a], Sanctôrum Mártyrum Luciáni Presbyteri, Maxiáni, & Juliáni ; quorum Maxiánus & Juliánus primò à persecutóribus gládio puníti sunt: * Dein Beátus Luciánus [qui cum Beáto Dionysio in Galliam venerat] postnímiam cædem, cùm Christi nomen vivâ voce confitéri non metuísset ; priôrum sententiam & ipse excépit. Eôdem die, Sancti Eugeniáni Mártyris. *MM. maj.*

℣ Et álibi, &c.

a *aliàs Belvacus* Beauvais.

Lectio Regularis. De Obedientiâ.

IN Agro Brugensi Reverendissimi Torphimi, qui in partibus Norvegiæ ex Monacho Cistercienſi factus Hamariæ Episcopus, deinde pro jure Ecclesiæ suæ exul & naufragus; in Monasterio Dunstano sancto fine quievit. In Galliâ, piissimi Bernardi Monachi, qui semel lapsus, ad Ordinem rediens fortior ex infirmitate, etiam variis miraculis post obitum claruit.

9 Quinto Idus Januarii. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
ſ t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

APUD Antiochiam, ſub Diocletiáno & Maximiáno, Natâlis Sanctórum Mártyrum Juliáni & Baſilíſſæ cónjugis ejus: quorum miræ paſſiónes legúntur: * ex quorum étiam Collégio venerábilis multitúdo Sacerdótum & Miniſtrórum Eccléſiæ Chriſti, quæ ad eos confugerat propter immanitâtem perſecutiônis: igne cremâta eſt: * poſt quos Antónius Preſbyter, Anaſtáſius, & Celſus puer, unà cum matre, atque álii plures paſſi ſunt. In Africâ, Sanctôrum Mártyrum Revolúti, & Firmíni cum áliis tribus. In Mauritánia Cæſariénſi, Sanctôrum Vitâlis, Revocáti, & Fortunáti Diáconi [Mártyrum.]

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. De taciturnitate.

IN Diœceſi Sarlatenſi, S. Petri Monachi; qui omnia pro Chriſto relinquens, Cadunii Monaſticæ diſciplinæ ſe totum tradidit. In Cœnobio Hemmenrodenſi, depoſitio Salomonis Monachi pœnitentis; qui ſæpiùs à dæmone ſuperatus, ipſum tandem ſuperans, omnibus verè pœnitendi formam præbuit. In territorio Palentino, B. Utracæ ſanctimonialis; quæ mortuo viro ſuo Hiſpaniæ potenti, in Monaſterium de Aviá, quod exexerat ſe recepit,

10 Quarto Idus Januarii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
ſ t u A B C D E F F G H M N P
27 28 29 30 1 2 3 4 5 5 6 7 8 9 10

IAPUD Bituricas [a], Sancti Guillélmi Epíſcopi: * qui ex Ordine Grandimonténſi ad Ciſterciénſem confúgiens [b] Abbas primùm Fontis Joannis, dein Caroliloci effectus: * poſtremò in Archiepíſcopum Bituricis Canonicè electus, ſanctè obdormívit in Dómino.] In Thebáïde, Natâlis Beáti Pauli primi Eremítæ: * cujus ánimam inter Apoſtolórum & Prophetârum choros ad cœlum ferri ab Angelis, Sanctus Antónius vidit. Apud Cyprum, Beâti Nicánoris Diáconi de ſeptem primis: * qui grátiâ fídei & virtúte admirándus, gloriosíſſimè coronâtus eſt. [Romæ, Sancti Melchíadis Papæ.]

℣ Et álibi, &c.

M. M.
a Bourges.
b Chaillis.

Lectio Regularis. De Humilitate.

VILLARII in Brabantiâ, Nonni Oliverii Monachi, qui nobilitatem ſanguinis contemnens, ſanctiſſimè vixit ſub inſtituto Ciſtercienſi.

11 Tertio Idus Januarii. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

IN Africâ, Natâlis Beáti Sálvij [Mártyris]: * in cujus a [die Feſto] Sanctus Auguſtínus verbum fecit ad pópulum Carthágine. Apud Alexándriam Sanctôrum Confeſsôrum [& Mártyrum] Petri, Sevéri, & Léucij: * quorum geſta habéntur.

a Alibi natali.

℣ Et alibi, &c.

Lectio Regularis. Primus itaque.

IN Cœnobio Hemmenrodenſi, Beati Petri Monachi, & Livonûm Apoſtoli; qui cum Theodorico illius gentis Epiſcopo directus, innumerabiles ad fidem convertit.

12 Pridie Idus Januarii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

APUD Achâiam, Natâlis Beáti Sátiri Mártyris: * qui tránſiens ante quoddam Idôlum, cùm exſufflâſſet illud ſignans ſibi frontem, ſtatim corruit: ob quam cauſam decol-

lâtus est. Eôdem die, Sancti Arcádij Mártyris: * génere & miráculis clari.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. Secundus.

IN Agro Remensi, depositio B. Guillelmi, qui vitam S. P. N. Bernardi conscribere cœpit, & ex Abbate Sancti Theodori, factus Signiaci Monachus, magnam sanctitatis opinionem posteris reliquit. In Angliâ S. Aelredi Abbatis Rievallis; cujus sanctitas declarata est in Capitulo Generali anni (1250.)

13 Idibus Januarii. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
r s t u A B C D E F F G H M N P
29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

OCTAVA Epiphaníæ Dómini. [In agro Coloniénsi, Dedicátio Beátæ Maríæ de Veteri Campo.] Pictavis *a* Civitáte, Natális Sancti Hilárii Epíscopi & Confessóris: * qui ob Cathólicam fidem quadriénnio apud Phrygiam relegâtus, inter álias virtútes fertur quod mórtuum suscitáverit. Romæ, viâ Lavicána, Corónæ Militum quadragínta: * quas sub Gallién Imperatôre pro confessiône veræ fídei percípere meruérunt. Remis Metrópoli, depositio sancti Remígii Epíscopi viri eximiæ virtûtis: * cujus sanctitátis præcónium merito credulitátis suæ Gens Francórum debitæ veneratiónis cultu celébriter récolit. [Gravióne *b* in

12. Lect. & M.

a Poitiers

b Quinçay.

Pictávia,] Sancti Vivéntii Confessôris: * [cujus corpus honorátur in Monastério Versiacénsi [b] in Burgundia.] Ipso die, [apud Cænomanos in Pago Mamértias [c]] Sancti Lenogísili [d] Confessôris.

[b] Vergey. [c] Memers [d] S. Longils.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. Tertius.

HOII propè Leodium, depositio Ivettæ Viduæ; quæ defuncto viro habitum Cistercienſem assumens, inclusa vitam in omni sanctitate finivit. In Sueviâ, Henrici Monachi & Eremitæ, qui Cœnobium Anguli in Monte Sancto constituxit.

14 Decimonono Kal. Februarii.* Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
ſ t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 9 10 11 12 13 14

Comm. in Off. 3. Lect. S. Hilar.

APUD Nolam Campániæ, Natâlis Sancti Felîcis Presbyteri [a] & Confessôris: * de quo scribit Beátus Paulínus Antistes, quia cùm à persecutóribus in cárcerem mitterêtur & cóchleis ac téstulis vinctus superpósitus jacêret ℣ per noctem ab Angelo solûtus atque edúctus sit. Eôdem die, Sancti Euphrasii Episcopi. Antiochîæ, Sancti Cleri Diáconi. [b]

[a] *Aliàs Episcopi.*

[b] *In mare mersi.*

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. Quartus.

NAMURCI in Belgio, venerandi Bernardi Monachi, qui Virgines Salsinienses deducens ad culmen perfectionis, in senectute bonâ obdormivit. In Monasterio Villariensi, obitus Conversi Theodardi, virtutibus clari.

15 Decimo-octavo Kal. Febr. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1
ſ t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 10 11 12 13 14 15

IN território Andegavénſi, Sancti Mauri Abbâtis. [In Judæâ] Hábacuc & Michææ Prophetárum: * quorum córpora ſub [Arcádio Imperatôre] divína revelatióne repérta ſunt. Apud Ægyptum, Beáti Macárii Abbátis, Diſcípuli Beáti Antónii: * vitâ & miráculis celebérrimi. Item, Sancti Iſidóri ſanctitâte vitæ, fide, & miráculis præclári. In Civitáte Arvernis [a], Sancti Bonîti Epíſcopi & Confeſſôris: * cujus vita virtútibus refúlſit.

℣ Et álibi, &c.

3. Lect. & M. Indulg. Plen.

[a] Clermont en Auvergne.

Lectio Regularis. Quintus.

IN Claravalle, depoſitio Venerabilis Godefridi illius Monaſterii Prioris; qui contrà conſilium Summi Pontificis Eugenii Tertii, & S. P. N. Bernardi, Epiſcopatu Nannetenſi recuſato; pſallens in mortis agone, tranſivit ad Dominum. In Angliâ Cunani Abbatis Marganenſis: cujus eleemoſynas narrat omnis Eccleſia Sanctorum. In Monaſterio Sancti Andreæ Colonienſi, obitus Heylexæ recluſæ; quæ cum magnâ ſanctitatis opinione migravit ad Chriſtum.

B Decimoſéptimo Kal. Febr. * Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q r
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2
ſ t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16

Comm. & M.

ROMÆ, viâ Saláriâ, Natâlis Sancti Marcélli Papæ : * qui ob Cathólicæ fídei defenſiónem ℣ jubénte Maxéntio Tyránno, primò fúſtibus cæſus, deínde ad ſervítium animálium cum cuſtódia públicâ deputâtus ℣ poſt multos annos, ibîdem ſerviéndo, amíctu indûtus cilícino, defúnctus eſt. Apud Arelâtem Beáti Honoráti Epíſcopi : * cujus vita doctrínâ & miráculis illúſtris fuit. Item [in] Civitáte Opitérgia[a], Sancti Titiáni Epíſcopi & Confeſsóris. [Macériis[b], in Pago Ambianénſi,] Sancti Furſæi Confeſsóris : * [cujus corpus] in Monaſtério Perrónæ [aſſervátur.] Romæ, Sanctæ Priſcíllæ.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. Sextus.

KESERIACI, B. Rolandi Monachi, cujus memoria apud ſuos quotannis celebratur. Villarii, depoſitio Theobaldi Monachi, qui ex potenti divite pauper effectus eſt, pauperibus Chriſti ſe aſſocians.

a Oderzo *in Marchia Trevisana.*

b Mazières en Ponthieu

Sexto

17 Sexto-decimo Kal. Febr. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3
s t u A B C D E F F G H. M N P
4 5 6 7 8 9 10 11 12 12 13 14 15 16 17

APUD Thebáïdem, Beáti Antónii Mónachi: * cujus corpus sub Justiniáno Imperatôre divína revelatiône repértum, ℣ & Alexandríam delâtum, in Eccléſiâ Sancti Baptíſtæ Joánnis humâtum eſt. Lingonis [a], Natâlis Sanctôrum geminôrum Speusíppi, Eleasíppi, & Meleasíppi: * qui cùm eſſent vigínti quinque annórum, ℣ cum Aviâ ſuâ Leoníllâ, Joníllâ & Neóne Martyrio coronáti ſunt témpore Aureliáni Imperatôris. Bitúricis [b], depositio Sancti Sulpítii Epíſcopi: * cujus vita & mors pretiôſa glorióſis miráculis commendátur. 12. Lect. & M.

[a] Langres.

[b] Bourges.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. Septimus.

IN Rhætiâ, B. Algoti Epiſcopi: qui ex Monacho Clarævallis Pontifex factus, Rhætos ſibi creditos ſingulari vigilantiâ cuſtodivit.

D Quinto-decimo Kal. Febr. * Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4
ſ t u A B C D E F F G H M N P
5 6 7 8 9 10 11 12 13 13 14 15 16 17 18

12. Lect. & M. Comm.

CATHEDRA Sancti Petri, quâ Romæ primùm ſedit: * & Páſſio Sanctæ Priſcæ Vírginis, ſub Cláudio Imperatôre. Apud Pontum, Natâlis Sanctôrum Mártyrum Moséi & Ammónii: * qui cùm eſſent mílites, primò ad metálla deputáti: * noviſſimè igni tráditi ſunt.

℣ Et álibi &c.

Lectio Regularis. Octavus.

IN Hiſpaniâ, B. Michaelis Sacerdotis Religioſi de Monteſiâ: qui ob Evangelium Chriſti captus ab Infidelibus, vivus incendio conſumptus eſt.

E Quarto-decimo Kal. Febr. * Luna. 19

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5
ſ t u A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 12 13 14 14 15 16 17 18 19

SMYRNÆ, Natâlis Beáti Germánici Mártyris: * qui ſub Marco Antónino, & Lúcio Aurélio, per grátiam virtûtis Dei me-

tum corpóreæ fragilitâtis exclúdens, ꝙ ſpontè præparâtam béſtiam provocâvit: * cujus déntibus comminûtus ꝙ vero pani, id eſt, Dómino Jesu Christo, pro ipſo móriens, méruit incorporâri. Apud Spolêtum, Sancti Póntiáni Mártyris, tempóribus Antoníni Imperatôris: * quem Judex pro Chriſto vehementiſſimè virgis cæſum juſſit ſuper carbónes nudis pédibus ambuláre, ꝙ à quibus nihil læſus, Equúleo & úncinis férreis juſſus eſt ſuſpéndi, & ſic in cárcerem trudi, ubi Angélicâ viſitatiône méruit confortâri: * poſt quæ, plumbo fervénte perfûſus, tandem gládio percúſſus eſt. In Pago Dorcaſíno [a], Sancti Launómari [b] Abbátis.

[a] Le Pays de Dreux
[b] S. Laumer.

℣ Et álibi &c.

Lectio Regularis. Nonus.

In Claravalle, depoſitio Henrici Monachi cognómento Contracti: qui ex magno peccatore magnus Sanctus à S. P. N. Bernardo effectus eſt. In Hannoniâ, venerandæ Beatricis Virginis quæ in Monaſterio Spinoſi loci à ſe conſtructo, habitum Ciſterciénſem aſſúmpſit & ſanctè vitam finivit.

F Tertio-decimo Kal. Febr. * Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r
21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
ſ t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 15 16 17 18 19 20

12. Lect. & M. ROMÆ, Natâlis Fabiáni Papæ: * qui cùm trédecim ánnis Eccléſiæ præéſſet, ℣ martyrium eſt paſſus témpore Décii, & in Cœmetério Callíxti ſepúltus. Eôdem die, ad Catacúmbas, Sancti Sebaſtiáni Mártyris: * qui cùm haberet principátum primæ cohórtis, juſſus eſt, ſub título Chriſtianitâtis, à Diocletiáno Imperatôre ligári in médio campo, & ſagittári à milítibus ℣ atque ad últimum fuſtigári donec deficeret. Viâ Corneliâ, Sanctôrum Mártyrum Márii & Marthæ cum fíliis ſuis Aúdifax & Abacuc nobílium de Pérſide: * qui ad oratiónem vénerant Romam témpore Claúdii Príncipis ℣ è quibus poſt tolerátos fuſtes, equûleum, ignes, ungues, mánuum præciſiónem: * Martha in Nymphâ necáta ℣ cæteri verò ſunt decolláti & córpora eórum incénſa.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. Decimus.

CAMBERONÆ in Hannoniâ, B. Danielis, primi ejuſdem Cœnobii Abbatis, miræ humilitatis, abſtinentiæ & puritatis viri, Ciſtercii depoſitio Reverendiſſimi Galterii Abbatis decimi noni, qui gratiâ ſingulari gregem Chriſti in toto Ordine pavit.

21 Duodecimo Kal. Febr. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8
t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 16 17 18 19 20 21

ROMÆ, Páſſio Sanctæ Agnêtis Vírginis: * quæ ſub Præféćto Urbis Symphrónio ígnibus injécta ℣ ſed his per oratiónem ejus extínctis, gládio percúſſa eſt. Natâlis Beáti Públii Epíſcopi: * qu ſecúndus poſt Dyoníſium Areopagîtam Atheniénſium Eccléſiam nobíliter rexit ℣ & præclâris virtútibus, ac doctrínâ præfúlgens, ob Chriſti martyrium glorióſè coronátur. In Hiſpániis Civitáte Tarracóna [a], Sanctôrum Mártyrum Fructuóſi Epíſcopi, Augúrii, & Eulógii Diaconôrum: * qui témpore Gallicénis, primò in cárcerem truſi, deínde flammis injécti ℣ exúſtis vínculis, mánibus in modum crucis expánſis, oránte ut ureréntur obtinuérunt: * & mox quidam ex frátribus, & fília Præſidis quæ aſtábat, vidérunt Sanctôrum ánimas Cœlum conſcéndere coronâtas. [Trecis [b], Sancti Pátrocli Mártyris: * ſub Aureliáno Imperatôre. 12. Lect. & M.

[a] Tarragon.

[b] Troyes.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. Undecimus.

ANTISSIODORI [c], B. Hugonis Epiſcopi: qui ex Abbate Pontiguiaci, Pontifex electus officium ſuum ſtrenuè perſe- [c] Auxerre.

cutus est. In Claravalle, Venerabilis Gaufredi Monachi; qui propagato. Ordine in variis regionibus, inter manus S. P. N. Bernardi meruit transire ad Dominum. Salsiniæ ad Namurcum, obitus Agnetis sanctimonialis Sororis B. Julianæ Cornelienſis.

A Undecimo Kal. Febr. * Luna. 22

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9
t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 17 18 19 20 21 22

2 Lect. M. APUD Valéntiam Civitátem Hiſpániæ, Sancti Vincéntii Levítæ & Mártyris: * cujus certáminis [nóbilem] triúmphum tempóribus Diocletiáni & Maximiáni, poſt nímiam cædem, ac grávia torménta, textus ípſius paſſiónis ſub Daciáno Præſide complétum eſſe declárat: [& conſpícuus verſificátor Prudéntius luculénter vérſibus exéquitur: * Sanctus quoque Auguſtínus ejúſdem Mártyris præcónium quanto ſit honóre excipiéndum quodam ſermône comméndat.] Romæ, ad aquas Sálvias, Sancti Anaſtáſii [Perſæ] Mónachi & Mártyris: * qui poſt plúrima torménta cárceris, vérberum, & vinculórum: quæ in Cæſáreâ Paleſtínæ perpéſſus fúerat à Perſis: * poſtrémò multâ pœnâ affféctus, atque ad últimùm decollátus eſt cum aliis ſeptuagínta. Ipſo die, [in] Civitáte Ebredúno a, Sanctórum Mártyrum Vincéntii, Oróntii, & Victóris: * ſub Diocletiáno Imperatóre.

a Embrun.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. Duodecimus.

HEMMENRODE in Germaniâ, B. Vvalteri Monachi, qui singulari pietate sanctissimam Dei Genitricem coluit. In Brabantiâ, obitus Henrici Conversi Villarienſis: qui ex divite & nobili pauper ibi factus est & humilis.

23 Decimo Kal. Febr. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r f
24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
t u A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 18 19 20 21 22 23

ROMÆ, Natâlis Sanctæ Emerentiânæ Vírginis & Mártyris: * quæ dum oráret ad ſepúlchrum Sanctæ Agnêtis, ac ſimul orántes à Gentílium læſióne defénderet ℣ lapidáta eſt ab eis. Philíppis Beáti Parménæ: * qui fuit unus de ſeptem Diacónibus. Hic tráditus grátiæ Dei à Frátribus ℣ injúnctum offícium prædicatiónis plenâ fide conſúmmans: * martyrii glóriam adéptus eſt ſub Trajáno Imperatóre. In Mauritániâ, Civitáte Gneocæſárea, Sanctórum Severiáni & Aquilæ uxóris ejus, ígnibus combuſtórum. Apud Urbem Antínoum [a], Sancti Aſclæ Mártyris: qui primò atrocíſſimè ſuſpéndio tortus, deínde flammis latéribus admótis exúſtus ℣ ad últimùm pretióſam Deo ánimam in flumen præcipitátus réddidit. Comm.

[a] In Ægypto.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. De Diſciplinâ Pſallendi.

IN Germaniâ, B. Bernardi Abbatis Campi Mariæ (vulgò Mariensfeld:) qui in Livoniâ post Evangelium mirificè propagatum, Lehalhensis Episcopus consecratus obiit. In Frisiâ, Domni Guidonis Abbatis Floridi Campi, qui piissimè ex hac vitâ migravit.

C Nono Kal. Februarii. * Luna. 24

a b c d e f g h i k l m n p q r s
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 19 20 21 22 23 24

3. Lect. & M.

NATALIS Sancti Timóthei [a], Discípuli Beáti Pauli. Hic ab eôdem Apóstolo Epíscopus Epheſi ordinátus: * post multos pro Christo agônes, martyrio coronátus est. Apud Antiochíam, Natâlis Sancti Bábylæ Epíscopi: * qui in persecutiône Décii, posteâquàm frequénter passiónibus suis, ac cruciátibus glorificáverat Dóminum, glorióſæ vitæ finem sortîtus est in vínculis. Referúntur étiam passi cum eo tres párvuli, id est, Urbânus, Prilidânus, & Epolórius. [In]Neocæsaréâ Civitáte, Sanctórum Mártyrum Mardónii, Nusónis, Eugénii, & Metélli, qui omnes igni tráditi sunt: * & relíquiæ eorum in Auxum flúvium dispérsæ.

℣ Et álibi, &c.

[a] Usuard l'a le 22.

Lectio Regularis. De Reverentiâ Orationis.

IN Hyberniâ, B. Fælicis ex Monacho Geripontis, Episcopi Ossorienſis. In territorio Moguntino, Domni Theobaldi Abbatis Ebersbacensis, incredibilis abſtinentiæ viri.

25 Octavo Kal. Febr. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r s
26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
t u A B C D E F F G H M N P
13 14 15 16 17 18 19 20 20 21 22 23 24 25

CONVERSIO Beáti Pauli [Apóſtoli: *] quæ evénit ſecúndo Aſcenſiónis Dómini anno. Eôdem die, Sancti Ananíæ, apud Damáſcum: * qui eúndem Apóſtolum baptizâvit. In Civitáte Arvernis [a], Sancti Præjécti Epíſcopi, & Maríni viri Dei: * qui paſſi ſunt à procéribus præfátæ urbis. Item, in Civitáte Gavális [b], Sancti Severiáni Epíſcopi: * miránda ſanctitátis, & doctrínæ viri. MM.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. De Decanis.

VILLARII, obitus piiſſimi Joannis Converſi. Eôdem die, in Germaniâ, Venerabilis Catharinæ ſanctimonialis Ciſtercienſis.

a Clermont en Auvergne.

b Jaoux, dont le Siege eſt à Mende en Givaudam.

27 Sexto Kal. Febr. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r s
28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
t u A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 22 22 23 24 25 26 27

NATALIS Beáti Joánnis Epíscopi Constantinopolitáni cognoménto Chrysóstomi: * qui verbo atque exémplo plúrimùm Christiánæ profuit Religióni. Cœnomannis [a], Sancti Juliáni Epíscopi Civitátis hujus primi. Item, Sancti Márii Abbátis Monastérii Bobacénsis [b]: * cujus vitam virtútibus plenam Vir Illústris ac Patrícius Dinámius scribit. In Africâ, Sancti Avíti Mártyris. In Bethléem Judæ, Dormítio Sanctæ Paulæ. Hujus vitam virtútibus admirándam Sanctus Hierónymus scribens? testátur eam longo coronâtam esse martyrio.

℣ Et álibi &c.

3. Lect. M.

Comm. *a* Le Mans.

b Beuvoux en Provence.

Lectio Regularis. De excommunicatione culparum.

PARISIIS, in Monastério Monialium, Sancti Antonii, Venerabilis Brunonis earum Sacerdotis; qui ad fidem propagandam missus in Græciam, miro fervore animam Christo reddidit. Villarii, depositio Conversi Remberti, qui sanctitate vitæ quam nobilitate sanguinis illustrior, exultans migravit ad Christum.

G Quinto Kal. Febr. * Luna. 28

a b c d e f g h i k l m n p q
29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 23 24 25 26 27 28

Comm. & M. ROMÆ, Natâlis Sanctæ Agnêtis ſecúndò. [In Germaniâ, Dedicátio Beátæ Maríæ Heiſterbacénſis : * à Reverendíſſimo Antíſtite Revallenſi Wizelíno.] In Civitáte Apollôniâ, Sanctôrum Leutícii, Thyrſi & Calénici Mártyrum: * qui témpore Décii divérſis tormentôrum generibus excruciáti ℣ primus & últimus abſciſſióne cápitis: * médius cæléſti voce evocátus ſpíritum reddens, ℣ martyrium conſummavérunt. Alexándriæ, Beáti Cyrílli Epíſcopi : * qui Cathólicæ fídei præclaríſſimus éxtitit propugnátor. In Monaſtério Reomenſi[a], depoſítio [Sancti] Joánnis Preſbyteri viri Dei.

℣ Et álibi, &c.

[a] Moutier Saint Jean en Bourgogne. S. Jean de Reomay.

Lectio Regularis. Qualis debeat eſſe modus &c.

IN agro Lingonenſi, B. Boſonis Monachi Clarævallenſis. Valcellis in Belgio Cameracenſi, B. Richardi Abbatis, cujus corpus elevatum fuit poſt obitum juſſu tertii Concilii Lateranenſis ſub Alexandro tertio.

29 Quarto Kal. Febr. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r s
30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16
t u A B C D E F F G H M N P
17 18 19 20 21 22 23 24 24 25 26 27 28 29

COMMEMORATIO ómnium Episcopôrum, Abbâtum, & aliôrum Superiôrum Defunctôrum Ordinis nostri.] Romæ, viâ Numentánâ, Natâlis Sanctôrum Pápiæ & Mauri mílitum: * quorum ora jussit Laodícius Urbis Præféctus ad primam confessiônem Christi lapídibus contúndi: & sic eos in cárcerem retrúdi: * ac póstea fústibus cædi, atque in último plumbâtis donec expirárent. Eôdem die, Tréviris, depósitio Beáti Valérii Epíscopi, Discípuli Sancti Petri Apóstoli. In território Tricassíno [a], Sancti Saviniáni: * qui jubénte Aureliáno Imperatôre pro fide Christi decollátus est. *Anniv. Sol.*

[a] Troyes en Châpagne.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. De gravioribus culpis.

IN Monastério Monialium Sanctæ Agathæ, depositio B. Caroli Abbatis Villariensis; qui depósito Præfecturæ onere, ibidem diem clausit extremum. Salliniæ ad Namurcum, Venerabilis Himmanæ Abbatissæ; quæ suavissimam nominis sui fragrantiam latissimè diffudit.

B Tertio Kal. Febr. * Luna. 30

a b c d e f g h i k l m n p q r s
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 25 26 27 28 29 30

APUD Antiochíam, Páſſio Beáti Hippólyti Mártyris: * qui Nováti Schíſmate aliquántulùm decéptus, operánte grátiâ Chriſti corréctus, ad charitátem Eccléſiæ rédiit: * pro quâ & in quâ illúſtre martyrium conſummávit. Hieroſólymis Sanctíſſimi Mathíæ [a] Epíſcopi: * de quo mira & plena fide geſta narrant, quia multa pro Chriſto perpéſſus, últimò in pace vitam finívit. Ipſo die, Páſſio Sancti Flaviáni Mártyris. [In] Malbódio [b] Monaſtério, Sanctæ Aldegóndis Vírginis. [Calæ [c]] in território Pariſiacénſi, Sanctæ Batíldis Regínæ Francórum: * uxóris Clodovæi ſecúndi.

℣ Et álibi, &c.

[a] *Aliàs Matthæi.*

[b] Maubeuge en Hainault

[c] Chelles.

Lectio Regularis. De his qui ſine juſſione Abbatis.

CISTERCII, depoſitio B. Alani, qui ex Doctore famoſiſſimo, Converſi ſtatum ignotus amplectens, ibidem paſtor ovium factus eſt: & agnitus licet in Concilio Lateranenſi quarto, in humilitatis Officio perſeverans obdormivit in Domino. In Belgio, Venerabilis Ægidii Monachi de Bodeloo.

31 Pridie Kal. Febr. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 26 27 28 29 30 31

APUD Alexándriam, Natâlis Beáti Metráni Martyris : * quo nolénte ímpia verba proférre ad juſſiónem Paganórum ℣ omne corpus ejus fúſtibus colliſérunt : * vultúmque & óculos acútis cálamis terebrántes, extrà urbem cum cruciátibus expulérunt ℣ ibîque ſpíritum qui in eo ſupérerat lapídibus ejecérunt. Item, Alexándriæ, Sanctôrum Mártyrum Saturníni, Thyrſi & Victôris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Regularis. Qualiter debeat eſſe ſollicitus.

IN territorio Toletano, B. Mariæ Monaſterii de Pinto Abbatiſſæ; cujus corpus incorruptum ſervatur in Cœnobio Jepenſi, ubi primùm profeſſa fuerat. Villarii, obitus B. Petri Converſi: qui totus amore Chriſti liqueſcens ad beatitudinem feliciter tranſivit.

FEBRUARIUS.

1 Kalendis Februarii. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 27 28 29 30 1 2

3. Lect. & M. NATALIS Beáti Ignátii Epíſcopi & Mártyris: * qui tértius poſt Petrum Apóſtolum Antiochénam rexit Eccléſiam, ac in perſecutióne Trajáni Imperatóris Romam vinctus míttitur: * ubi præſénte eódem, circumſedénte Senátu, immaníſſimis pœnárum ſupplíciis primò affféctus, dehinc leónibus objícitur: * eorúmque déntibus præfocátus, Hóſtia Chriſti efficitur. Apud Smyrnam, Sancti Piónii Preſbyteri & Mártyris: * qui poſt ſqualórem cárceris, ubi multos Frátrum ad tolerántiam martyrii ſuis exhortatiónibus roborávit, cruciátibus multis vexátus, clavis confíxus, & ardénti rogo ſuperpóſitus: * beátum pro Chriſto vitæ finem ſortítus eſt. Paſſi ſunt verò cum eo & álii quíndecim. Eódem die, Beáti Ephrem Edeſsénæ Eccléſiæ Diáconi. In óppido Tricaſtríno[a], Sancti Pauli Epíſcopi: * cujus & vita virtútibus cláruit, & mors pretióſa miráculis commendátur. In Scótiâ, Sanctæ Brigíttæ Vírginis: * cujus vita miráculis cláruit, quæ cum lignum Altáris tetigíſſet in teſtimónium

[a] Trois-Châteaux en Provence.

teſtimónium virginitátis ſuæ, ſtatim víride factum eſt. Ipſo die, * Sanctôrum Epíſcopórum Polycárpi & Severiáni.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui ſæpiùs.

CARNOTI in Gallia, B. Gaufridi Monachi Clarævallis, & ejuſdem urbis Epiſcopi; qui Legatus in Aquitaniam contra Petrum Leonis Antipapam miſſus, admirandum humilitatis & paupertatis exemplum dedit. In Hiſpaniâ, B. Raymundi Abbatis Fiterienſis & Militum Calatravenſium Inſtitutoris. In Angliâ, Venerabilis Elæ Comitiſſæ Saliſburienſis; quæ in Monaſterio de Lacox à ſe conſtructo, Ordinem profeſſa ibidem ſanctè vitam finivit.

2 Quarto Nonas Febr. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
ſ t u A B C D E F F G H M N P
20 21 22 23 24 25 26 27 28 28 29 30 1 2 3

HYPAPANTE Dómini. [*Hìc ſilet Lector, & Conventus aſſurgens dicit ſecretò, inclinatus ac detecto capite*, Ave Maria; *quo dicto ſedet, & Lector proſequitur Lectionem.*] Apud Cæſaréam [Paleſtínæ] * Beatíſſimi Cornélii Confeſsôris, ℣ quem Beátus Apóſtolus Petrus baptizávit. Hic apud præfátam urbem Epiſcopáli honóre ſublimátus quiévit. Romæ, viâ Salariâ, Páſſio Sancti Aproniáni: * qui audiens unà cum Sisínnio Diácono, adhuc Gentílis vocem de Cœlo factam: *Venite Benedicti Patris mei* [*percipite regnum quod vobis paratum eſt à* *Serm. min.*

conſtitutione mundi, ℣] credens baptizâtus eſt: * & ſic póſteà in confeſſióne Dómini finem vitæ capitáli ſenténtiâ accépit. Item Romæ, * Sanctórum Fortunáti, Feliciáni, Ficíni & Cándidi [Mártyrum.] Aureliánis, * Sancti Fúſcoli. *a* Epíſcopi.

a Aliàs Floſculi. S. Flou.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si debeant iterùm recipi.

CRACOVIÆ in Polonia, B. Vincentii Epiſcopi, qui aſſumpto habitu Ordinis in Monaſterio Androzuenſi ejuſdem Diœceſis, ibidem virtutibus celebris, obdormivit in Domino. In Clavalle, depoſitio Bonifacii Converſi, qui Angelis aſtantibus & comitantibus ad æthereas ſedes conſcendit. Morerolæ in Hiſpaniâ, Venerabilis Ignatii Monachi, qui ſemel & iterùm moriens, animam Chriſto Domino & Beatæ Virgini aliiſque Sanctis præſentibus denuò tradidit.

F Tertio Nonas Febr. * Luna. 3

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
t u A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 29 29 30 1 2 3 4

Comm. Hæc Vſuard 15. Kal. Mart.

APUD Sebáſten Civitátem [Arméniæ,] Páſſio Sancti Bláſii Epíſcopi: * qui multórum patrâtor miraculórum ℣ ſub Agricoláo Præſide poſt diútinam cæſiónem, atque ſuſpenſiónem in ligno, ubi férreis pectínibus carnes éjus dirúptæ ſunt: * poſt tetérrimum cárcerem, ac demerſiónem laci, unde ſalvus exîvit ℣ jubénte præfáto júdice, cápite cum duóbus púeris truncátur. In Africâ: * Natâlis Beáti Celeríni Diáconi & Confeſsóris ℣ ac Sanctórum

Mártyrum Laurentíni, Ignátii & Celerínæ: * de quorum ómnium gloriôſis láudibus extat Beati Cypriáni Epíſcopi Epíſtola. [In] Civitáte Nicæâ, * Paſſio Sancti Triphônis témpore Décii Imperatôris. Apud óppidum Vapíngum [a], * Depoſitio Sanctôrum Epiſcopórum Tygridis [b] & Remédii. Latiniáci [c], * Natâlis Sancti Deódati Epíſcopi & Confeſsôris. Lugdúni: * Sanctôrum Lupicíni & Felîcis Epiſcopórum.

¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De pueris.

[a] Gap en Provence.
[b] S. Terede.
[c] Lagni en Brie.

IN agro Narbonenſi, B. Helinandi Monachi; qui Ciſtercienſem diſciplinam in Frigido monte amplexus, maximâ doctrinâ & ſanctitate claruit. Dunis in Flandria, obitus Venerabilis Petri Prioris: qui inter Laudes Beatæ Virginis ſpiritum reddidit puriſſimum.

4 Pridie Nonas Febr. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 30 1 2 3 4 5

IN Civitáte Ægypti, quæ appellátur Thmuis, * Paſſio Beáti Philéæ Epiſcopi, & Philoróni Tribúni [*] cum quibus [in perſecutiône Diocletiáni] etiam innúmera fidélium multitúdo ex eâdem urbe, Paſtóris ſui ſequens exémplum, martyrio coronâta eſt: * ſicut octávus liber Eccleſiáſticæ hiſtóriæ lóquitur. Romæ foro Sempróníi, * Sanctôrum Mártyrum

Aquilíni, Gémini, Geláſii, Magni [&] Donáti. Trecis, * Sancti Aventíni Epíſcopi & Confeſſóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Cellerario.

IN Angliâ, depoſitio S. Gilberti, Diſcipuli Beati Bernardi, & cujuſdam Congregationis Anglicanæ ſub Ciſtercii legibus Inſtitutoris. In Germaniâ, obitus Venerabilis Chriſtiani Monachi Hemmenrodenſis, miræ patientiæ viti.

A Nonis Februarii. * Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 1 2 1 2 3 4 5 6

12. Leſt. & M. a Aliàs Agathes.

APUD Sicilíam [in] Civitáte Catanénſium, * Natâlis Sanctæ Agathæ [a] Vírginis & Mártyris, ℣ quæ poſt álapas & cárcerem, poſt equúleum & tortiónes : * poſt mammillárum abſciſſiónem, poſt volutatiónem in téſtulis & carbónibus, ℣ tandem ſub júdice Quinctiâno, in cárcere conſummáta eſt ſub Décio Imperatóre. Viennæ, * Beáti Avíti Epíſcopi & Confeſſóris, ℣ cujus fide, indúſtriâ, atque admirábili doctrinâ ab infeſtatione Arriánæ hæréſeos Gálliæ defénſæ ſunt.

℣ Et álibi &c.

Lectio Reg. De Ferramentis.

IN Monaſterio Mortui-Maris, B. Alexandri Abbatis, qui ex Eremo ad inſtitutum Ciſtercienſe veniens, in eo feliciſſimè obiit. In Vveſtphaliâ, depoſitio Venerabilis Abbatiſſæ Aleidis, quam plenam dierum & operum, cœleſtis Virginum ſponſus in thalamum introduxit.

6 Octavo Idus Febr. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
ſ t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 1 2 3 2 3 4 5 6 7

APUD Cæſaréam Cappadóciæ, * Natâlis Sanctæ Dorothéæ Vírginis, ℣ quæ primùm equúleo vexáta, dein palmis diù cæſa, ad últimum cápite punîta eſt: * in cujus confeſſióne quidam Theóphilus Scholáſticus convérſus, ℣ & mox equúleo idem acérrimè tórtus: * noviſſimè gládio cæſus eſt. Arvernis [a], * Beáti Antoliáni Mártyris. Eôdem die, * Sanctôrum Epiſcopôrum Vedáſti & Amándi ℣ quorum vita & mors plúrimis éxiſtit miráculis gloriôſa: * è quibus prior Adartenſium [b] ℣ ſequens verò Trajecténſium [c] rexit Eccléſiam. Ipſo die, * Sanctôrum Saturníni, Theóphili, & Revocátæ Martyrum. *Comm.*

[a] Clermont en Auvergne.

[b] *Aliàs Atrebatenſium.* Arras.

[c] Maëſtrich.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si quid debeant Monachi proprium.

d Osme. UXamæ *d* in Hiſpaniâ, Depoſitio Beati Didaci, qui ex Epiſcopo, factus Ciſtercii Monachus; inde aliquot ſecum Monachis abductis, in Eccleſiam ſuam redux & clarus miraculis, fatis functus eſt.

C Septimo Idus Februarii. * Luna. 7

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 1 2 3 4 3 4 5 6 7 8

3. Lect. & M. [SANCTI Romuáldi Abbatis, Monachórum Camaldulénſium Pátris: * cujus fælix óbitus cóntigit décimo-tértio Kalendas Julii.] In Británniis, Civitáte Augúſta *a*, * Natalis Beáti Auguli *b* Epíſcopi ℣ qui curſum témporis per martyrium explens, ætérna méruit ſuſcípere præmia. Item, Sancti Moyſétis Epíſcopi. Hic primùm in erêmo vitam ſolitáriam ducens ſignis ac virtútibus magníficè innotúerat: * póſt verò, Gentem Sarracenórum, cui Epíſcopus fúerat factus ℣ grandi ex parte ad fidem Chriſti convértit: * ſicque glorióſus méritis quiévit in pace.

a Londres. b S. Aule.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si omnes æqualiter.

IN Regno Caſtellæ, Depoſitio B. Nivardi Fratris S. Bernardi, & Monaſterii Spinæ Abbatis, qui Ordinem in Hiſpaniâ mirificè propagavit. Villarii in Brabantiâ, Venerabilis Rayneri Converſi; qui extremo vitæ tempore vocatus, acceleravit ad vitam.

8 Sexto Idus Februarii. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
ſ t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 1 2 3 4 5 4 5 6 7 8 9

APUD Arméniam minórem, * Natâlis Sanctórum Dionyſii, Æmiliani & Sebaſtiáni, [Mártyrum.] Eódem die, Alexandriæ: * Sanctæ Coínthæ [Vírginis &] Mártyris. Hanc Pagáni corréptam, ad Idóla perducéntes adorárecogebant: * quod cùm illa éxecrans recusâret, vincula pédibus ejus innecténtes, & per platéas totius Civitâtis trahéntes, horréndo ſupplício diſcerpſérunt [ſub Décio Imperatóre.] In Provinciâ Luſitánâ [&] Civitáte Córdubâ [a], * Sancti Salomónis Mártyris. Romæ, * Sanctórum Mártyrum Pauli Epíſcopi, Lúcii, & Cyríaci.

[a] Cordouë.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ſeptimanariis coquinæ.

Notandum ab hac die uſque ad undecimam Martii quod in Dominicâ primâ Quadrageſimæ Lect. Reg. ſit de Quadrageſimæ Obſervat. *cui additur diviſio*, in Quadrageſimæ verò diebus, *licet aſſignatæ ſint aliis diebus: in quibus aliæ lectiones aſſumuntur, ut lib.* 1. *Ritual. cap.* 22. *& ad calcem hujus libri.*

IN Saxoniâ, Obitus B. Pauli Conversi Beatæ Mariæ de Lurâ, qui abjectis se operibus exercens, ad summum perfectionis culmen conscendit. In Monasterio Villariensi Brabantino, depositio Conversi Johannis, qui humilis & hilaris post labores ad requiem pervenit.

E Quinto Idus Februarii. * Luna. 9

a b c d e f g h i k l m n p q r s
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
t u A B C D E F F G H M N P
28 29 1 2 3 4 5 6 5 6 7 8 9 10

APUD Alexandríam, * Sanctæ Apollóniæ Vírginis ℣ cui persecutóres, [Decio Imperatôre,] omnes primùm dentes excussérunt: * deínde cùm minaréntur vivam se eam incensúros, nisi cum eis impia verba profér-ret, ℣ illa páululùm quid intrà semetípsam delíberans repéntè se de mánibus impiórum prorúpit: *& in ignem quem paráverant prosilívit. Sueno apud Cyprum, * Sanctôrum Ammônis & Alexándri, [Mártyrum.] In Fontanéllæ a Monastério, * Sancti Ansberti, Archiepíscopi Rothomagénsis, & Confessôris.

a S. Vandrille.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Infirmis.

IN Diœcesi Ratisponensi, Passio Sanctorum Martyrum Cellæ Beatæ Mariæ (vulgò *Marienzel*,) qui ob Confessionem fidei immaniter occisi sunt ab Hussitis. In Agro Rhemensi, Venerabilis Nicolai, B. M. de Igniaco Monachi, qui ab adolescentia jugum Domini portans, etiam spiritu prophetico claruit.

10 Quarto Idus Februarii. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
t u A B C D E F F G H M N P
29 1 2 3 4 5 6 7 6 7 8 9 10 11

APUD Caſtrum Caſsînum,* Sanctæ Scholáſticæ Vírginis, Sororis Sancti Benedicti Abbatis. Romæ,* Natâlis Sanctôrum Mártyrum Zótici, Irenæi, Hyacínthi, & Amántii. In Oriente, * Sanctæ Sotêris Vírginis, ℣ quæ gráviter & diutíſſimè álapis cæſa, cùm cætera quoque pœnárum génera vicíſſet, ℣ gládio martyrium conſummávit. Item Romæ, viâ Lavicanâ,* [Sanctôrum] Mílitum decem. In Pago Rothomagénſi, * Sanctæ Auſtrebértæ, Vírginis. *3. Lect. M. Indulg. Plen.*

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Senibus.

CONverſio Sancti Guillelmi Aquitanorum & Pictonum Principis, quem Sanctus Bernardus potenter ad unitatem Eccleſiæ reduxit. In Angliâ, Depoſitio Beati Converſi Goduini, qui ex Cœnobio Dunelmenſi in Eremum horrendam, de Superiorum licentiâ, ſe recipiens, miro ſplendore coruſcus migravit ad Dominum.

G Tertio Idus Februarii. * Luna. 12

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 7 8 9 10 11 12

APUD Lugdúnum, * Natális Sancti Desidérii Epíscopi & Confessóris. Eôdem die, in Castro Nantonénsi [a], * Sancti Severíni, Abbatis Monastérii Agaunensis [b], ¶ cujus précibus cultor Dei Rex Clodovæus à diútinâ infirmitâte suâ liberátus est. In Africâ [c], * Sanctôrum Mártyrum Saturníni Presbyteri, Datívi, Felícis, Ampélii, & Sociórum eorúmdem ¶ qui passi sunt pro Christo, sub Diocletiáno Imperatôre & Anolíno Procónsule.] Alexándriæ, Depositio [Sanctæ] Euphrásiæ Vírginis, * quæ in Monastério, ut illius vita docet, virtúte abstinéntiæ & miráculis etiam claruit.

¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Hebdomadario Lectore.

[a] Château Landon en Gâtinois.
[b] S. Maurice.

IN Germaniâ, B. Adolphi Episcopi, qui ex Monacho Veteris Campi ad Sedem Osnabrugensem vocatus, mirâ sanctitatis opinione relictâ, domicilio carnis exuitur. In Daciâ, Diœcesi Voburgensi, Depositio B. Henrici, Vitæ Scholæ Abbatis primi: qui missus à S. P. N. Bernardo, in remotissimis orbis partibus Cisterciensium institutum disseminavit.

12 Pridie Idus Februarii. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 8 9 10 11 12 13

[DEDICATIO Beatæ Mariæ de Bonaválle Viennénſi, à Calíxto Papâ ſecundo] In Hiſpániis, * Sanctæ Euláliæ, Vírginis, ℣ quam conſtat témpore Diocletiáni Imperatôris glorióſam martyrii accepíſſe corônam [in] Civitáte Barcínonâ. Apud Alexándriam, * [Sanctôrum] Modéſti & Ammónii Infántum. Eôdem die, * Natâlis Sanctôrum Macárii, Rufíni, & Juſti.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De menſurâ ciborum.

IN Claravalle, S. Stephani Cardinalis Epiſcopi Prænestini, qui ex Monacho ad eam dignitatem aſſumptus, monaſticam humilitatem non contemnens, ſe verè ſpiritu & corpore pauperem exhibuit. In Brabantiâ, Depoſitio Nonni Nicolai Monachi, qui ex Cœnobio Gemblacenſi, ubi primùm profeſſus mirè profecerat; tamen Villarium veniens Ciſtercienſi Reformationi nomen dedit. In Cœnobio Pennebexe propè Bruxellas, dilectæ Deo Virginis Gildæ, quæ in eo Monaſterio, quod multo labore conſtruxerat, piſſimè obiit.

B Idibus Februarii. * Luna. 15

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
ſ t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 9 10 11 12 13 14

3. Lect. & M. [IN Agro Lemovicénſi, Depoſitio Sancti Stéphani Abbátis & Inſtitutóris Ordinis Grandimonténſis: * qui miræ humilitâtis, virginitâtis & auſteritâtis dono præcéllens, à Cleménte Papâ tertio, número Sanctórum aſcríptus eſt.] Natâlis Sancti Agabi Prophetæ, apud Antiochíam: * de quo Beâtus Lucas in Apoſtólicis Actibus ſcríbit. [In] Milítana Civitáte Arméniæ minóris, * [Natâlis] Sancti Polyocti a, qui Latínè interpretátur multùm orans, & Mártyris [in perſecutióne Décii.] In Civitáte Andégavis, * Sancti Licinii b Epíſcopi, venerábilis ſanctitátis viri. Lugduni: * Sancti Stéphani Epíſcopi, & Sancti Juliáni Mártyris.

a Aliàs Polyeucti.

b Saint Lezin.

¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Menſurâ potûs.

IN Angliâ, B. Vvulfridi, qui in Stratâ Floridâ Ordinem profeſſus, feliciter quievit in Domino. In Germaniâ, Obitus Aleydis fœminæ pœnitentis, quæ in Monaſterio Lancurade Converſa, de communi hoſte, qui de ſordibus in ſæculo tranſactis eam infeſtabat, obtinuit victoriam. In Hiſpaniâ, Venerabilis Bernardi Abbatis Montis Sion, qui ſcientiâ, & religione claruit. Apud Villarium in Neuſtria, Dormitio Franciſcæ, ejuſdem Cœnobii ſanctimonialis.

14 Sextodecimo Kal. Martii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 10 11 12 13 14 15

ROMÆ, Natâlis Beâti Valentíni Preſbyteri: * qui poſt multa ſanitâtum & doctrínæ insígnia, fúſtibus cæſus, & ſic decollátus eſt ſub Cláudio Cæſare. Item, Romæ, * Sanctôrum Mártyrum Vitâlis, Felículæ, & Zenônis. In Civitâte Interámnis [a], * Beâti Valentíni Epíſcopi, ¶ qui poſt diutúrnam cædem, cuſtódiæ mancipâtus: * cum ſuperári non poſſet, ¶ médiæ noctis ſiléntio ejéctus de cárcere, decollátus eſt. Apud Alexándriam, * Sanctôrum Mártyrum Baſſi, Antónii, & Prothólici, ¶ qui in mare merſi ſunt. Item, Sanctôrum Cyriônis Preſbyteri, Moyſeos, Baſſiniáni [b] & Agathônis: * qui omnes igne combúſti ſunt. Item, [Sanctôrum] Dionyſii & Ammónii decollatôrum.

Comm. & M.

a Terni en Italie.

b Aliàs Baſſiani.

℣ Et alibi, &c.

Lectio Reg. Quibus horis opporteat.

IN Zelandia, Paſſio B. Cornelii Prioris Ziriczeenſis, ab Hæreticis occiſi. In Hannoniâ, Depoſitio Guillelmi, Cœnobii Olivetani Fundatoris, qui mirâ mentis ſuavitate & corporis auſteritate, etiam clarus miraculis migravit ad vitam.

D Quintodecimo Kal. Martii. * Luna. 15

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4
t u A B C D E F F G H M N P
5 6 7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

[IN Agro Noviomenſi, * Dedicatio Beatæ Mariæ de Urſi-Campo.] Sebáſte [a] in Armenia, * Sanctárum ſeptem mulierum, quæ guttas ſánguinis defluéntes, dum Sanctus Mártyr Bláſius torquerétur, colligébant ℣ [&] deprehenſæ quod eſſent Chriſtiánæ, gládio percúſſæ ſunt. Romæ, * Sancti Cratônis Mártyris ℣, qui à Beáto Valentíno fídei documéntis inſtitutus: * non multis pòſt diebus, cum uxore ſuâ, fíliis & univérſa domo, martyrio eſt conſummâtus. [In] Civitáte Brixia [b], * Sanctôrum Mártyrum Fauſtíni, & Jovítæ [c] Diáconi. In Galliis, Civitáte Vaſionénſi [d], * Sancti Quinídii Epíſcopi ℣ cujus mortem in conſpéctu Dómini pretióſam mirácula crébra teſtántur. [In] Civitáte Interámnis: * Sanctæ Agapes Vírginis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut poſt Completorium.

a *Hic Vſuardus de S. Blaſio.*

b *Aliàs Brixa.*

c *Aliàs Jobita.*

d Vaiſon en Provence.

MEldis [e] in Galliâ, B. Joannis Epiſcopi, qui ex Abbate Joyaci ad eam dignitatem aſſumptus, excellenti doctrinâ & virtutum exemplo gregem ſibi commiſſum mirabiliter pavit. In Vveſtphaliâ, Venerandæ Gertrûdis recluſæ, quæ ſuſcepto habitu Ciſtercienſi virtutibus & ſanctis operibus ditata migravit ad ſponſum.

e Meaux.

16 Decimoquarto Kal. Martii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4
ſ t u A B C D E F F G H M N P
5 6 7 8 9 10 11 12 13 12 13 14 15 16 17

IN Civitâte Cumis, * Sanctæ Juliánæ Vírginis, ℣ quæ poſt vária torménta & cárceris cuſtódiam, palàm cum diábolo conflíxit: * dein flammas ígnium, & ollam ſúperans ferventem ℣, cápitis decollatióne martyrium conſummávit. Natâlis Beâti Onéſimi, de quo Sanctus Paulus ſcribit Philemóni: * quem idem Apóſtolus Epíſcopum órdinans, prædicationíſque verbum ei commíttens, ℣ apud Epheſiórum Civitátem relíquit. Hic Romam perductus, atque ibi pro fide Chriſti lapidátus: * inde ad loca ubi fúerat ordinátus, corpus ejus delátum eſt. Apud Ægyptum, * Sancti Juliáni Mártyris, cum aliis numero quinque míllibus.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De his qui tardè.

IN Italia, Beati Joannis Abbatis Caſæ Marii, qui S. P. N. Bernardi obitum prædixit, eumque mœrentem de malo ſucceſſu expeditionis Hieroſolymitanæ conſolatus eſt. Heiſterbachi, Venerabilis Siphrini Monachi & Prophetæ. In Etrúria, Depoſitio Margaritæ Virginis, quæ vitam virtutum plenam explevit.

F Tertiodecimo Kal. Martii. * Luna. 17

a b c d e f g h i k l m n p q r f
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 13 14 15 16 17 18

IN Pérside, Civitâte Babylónia, Natâlis Beâti Polychrónii, Epíscopi & Mártyris: * qui præsénte Décio persecutóre, ore lapídibus cæsus ꝛ mánibus exténsis, óculos ad Cœlum élevans emîsit spíritum. Apud Urbem Concórdiam [a], * Pássio Sanctórum Donáti, Secundiáni, & Rómuli, cum áliis octogíntasex. In Scótia: * Sancti Fintáni Presbyteri & Confessóris, ꝛ magnæ virtútis viri. In Pago Tarvanénsi [b], * Sancti Silvíni [Tosánæ [c] Civitâtis,] Epíscopi.

[a] Concorde en Frioul.

[b] Therovenne, à Auchi les Moines.

[c] Doëfbourg.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De his qui excommunic.

IN Claravalle, B. Galdrici Avunculi Sancti Bernardi, qui astante Apostolorum Principe ad æternam Patriam migravit. In Germania, B. Fronvini, primi Abbatis Salemitani, viri Apostolici. Item in Germania, Passio D. Manegoldi, Abbatis B.M. de Sancto Georgio, ob zelum disciplinæ Monasticæ trucidati.

Duodecimo

18 Duodecimo Kal. Martii. * Luna G.

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
ſ t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 14 15 16 17 18 19

NATALIS Beâti Simeônis, Epíſcopi & Mártyris: * qui propínquus Salvatôris ſecúndum carnem extitíſſe dignóſcitur, ⁊ ac filius Cléophæ qui fuit frater Joſeph. Hic Hieroſolymórum Epíſcopus poſt Jacóbum Fratrem Dómini ordinâtus, ⁊ perſecutiône Trajáni multo témpore ſupplíciis affécțus martyrio conſummâtus eſt: * ómnibus qui áderant, & ipſo júdice mirántibus, ut centum vigínti annôrum ſenex crucis ſupplícium pertulíſſet. [In] Civitâte Oſtiâ: * Sanctôrum Mártyrum Máximi, Cláudii, & uxôris Præpedígnæ, cum duôbus fíliis, ⁊ qui cùm eſſent præclaríſſimi géneris, jubénte Diocletiáno, ſunt tenti, atque in exílium deportáti: * deínde incéndio concremáti, odoríferum ſacrifícium martyrii Deo reddidérunt [In Africa: * Sanctórum Rútuli, Silváni, & Máximi. Comm. & M.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De his qui falluntur.

IN Hiſpania, duorum millium Martyrum de Calatravâ, à Sarracenis pro Chriſti confeſſione interemptorum. In Galliâ, S. Silvani Monachi Claræ vallis, à Cæleſtino Papa tertio, Sanctorum numero adſcripti.

A Undecimo Kal. Martii. * Luna. 19

a b c d e f g h i k l m n p q r
21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7
ſ t u A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 14 15 16 15 16 17 18 19 20

NATALIS Sancti Gabínii, Preſbyteri & Mártyris: * qui à Diocletiáno diù in cuſtódiâ vínculis afflictus, pretiósâ morte Cœli gáudia comparâvit. In Africâ: * Sanctórum Públii, Juliáni, [Marcélli, & aliórum Mártyrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui in aliis quibuſlibet.

IN Camera Beatæ Mariæ ad Bruxellas, B. Bonifacii Epiſcopi Lauzanenſis, qui propugnatâ acerrimè causâ Eccleſiæ contrà Fridericum Imperatorem, in prædicto Monaſterio habitum induit, & fidem Evangelii ſecundùm Joannem manu & ore in extremis profitens, quievit in Domino. In Sueviâ, Diœceſi Auguſtanâ *a*, B. Udalrici, primi Abbatis Cæſarienſis, vulgo *Keyſersheim.*

a Auſbourg.

B Decimo Kal. Martii. * Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r
22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8
ſ t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 17 16 17 18 19 20 21

APUD Tyrum Civitâtem: * Beatorum Mártyrum, quorum número ſolius Dei

sciéntia cólligit, ⁊ qui jubénte Diocletiáno, multis tormentórum supplíciis sibi ínvicem succedéntibus, occísi sunt: * primò quidem flagris per omne córpus dilaniáti, ⁊ dehinc divérsis beſtiárum genéribus tráditi, sed ab his diuínâ virtúte custodíti: * pòst, additâ feritâte ignis & ferri, martyrium consummárunt. Horum gloriôsam multitúdinem incitábant ad victóriam Tyránnio, & Silvánus; sed & Peléus, atque Linus[a] Epíscopi, ⁊ Zenóbius quoque Presbyter: * qui felíci agóne unà cum eis martyrii palmam adéptus est. [In] Alemánnia: * Sancti Galli Presbyteri & Confessôris. In Cypro Insulâ: * Sanctôrum Potámii & Neméſii Mártyrum. [Romæ: * Sanctôrum Gáii, Victóris & Pantámiæ.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Rcg. De significandâ horâ.

a *Aliàs Nilus.*

HEmmenrode in Germania, Obitus piissimi Isembardi Monachi. In Angliâ, Natalis Ulrici Anachoritæ. Villarii B. Joannis Conversi humilitatis præcipuæ viri.

21 Nono Kal. Martii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9
s t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 17 18 19 20 21 22

APUD Sicíliam: * Sanctôrum Mártyrum septuagintanóvem, ⁊ qui sub Diocletiá-

no, per divérſa torménta, confeſſiônis ſuæ corônam à Chriſto ſibi parátam, percípere meruérunt. In Africâ Civitâte Adruméto: * Sanctôrum Véruli, Secundíni, Sérvuli, & aliôrum vigínti [Mártyrum.]

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De opere manuum.

IN Claravalle, B. Petri Monachi, qui dono caſtitatis, & prophetico ſpiritu prædítus, poſt multa ſanctitatis opera ad cæleſte domicilium evolavit. In Germaniâ, B. Agnetis Virginis, cujus ánimam in Cœlum ferri Soror ejus Hildegundis conſpexit.

D Octavo Kal. Martii. * Luna. 22

a b c d e f g h i k l m n p q r
24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
ſ t u A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 19 18 19 20 21 22 23

12. Lect. M. APUD Antiochíam: * Cáthedra Sancti Petri. Eôdem die: * Beáti Papíæ Hierapolitánæ Civitátis Epíſcopi, ℣ qui Joannis Apóſtoli auditor, Polycárpi autem condiſcípulus & ſodális fuit. Item, Sancti Ariſtiónis · * qui fuit unus de ſeptuagintaduôbus Chriſti Diſcípulis. Alexandríæ: * Sancti Abílii Epíſcopi, ℣ qui poſt Beâtum Marcum ſecúndus Epíſcopus, tredécim annos Sacerdótium, vitâ conſpícuus, miniſtrávit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Diviſio. A Kalendis.

HEmmenrode in Germania, B. Henrici Monachi, qui favoribus cælestibus insignitus, obdormivit in Domino. Pontigniaci, Elevatio Corporis Sancti Edmundi Cantuariensis Episcopi. In Diœcesi Ruthenensi *a*, B. Quadrati Abbatis Bonævallis.

a Roüergue.

23 Septimo Kal. Martii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
s t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 20 19 20 21 22 23 24

VIGILIA Sancti Mathíæ Apóstoli. *In anno Bissexto annunciatur hæc vigilia tantùm die sequenti.* Apud Sírmium: * Beáti Sinéri Mónachi & Mártyris, ℣ qui júbente Maximiáno Imperatôre, tentus: * cùm se Christiánum esse confiterétur cápite plexus est. Item, Natâlis Sanctôrum septuagínta duôrum: * qui martyrii certámen in præfátâ urbe consummántes, regna mansûra percepérunt. Ipso die: * Sancti Polycárpi Presbyteri & Confessôris, ℣ qui cum Beáto Sebastiáno plúrimos ad Christi fidem convértit: * atque ad martyrii glóriam exhortándo perdúxit.

Alias Sireni.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Divisio. In Quadragesimæ verò. *Vide in fine Libri.*

Nota quod cùm Dominica prima Quadragesimæ hac die non evenit, alia lectio Regula assumenda est, ut notatur in Rituali lib. 1. cap. 22. & iterùm ad calcem libri hujus.

VIllarii in Brabantiâ, B. Cæsarii Prioris ejusdem Monasterii, qui horâ mortis psallens expiravit. In Hispaniâ, Venerabilis Leonoræ Monialis apud Sanctum Benedictum de Castris: quæ invitata à Choris Beatarum Virginum, ad cælestis sponsi thalamum transivit.

F Sexto Kal. Martii. * Luna. 23

a b c d e f g h i k l m n p q
26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
r s t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 20 21 22 23 24 25

IN anno Bissexto, quia bis dicitur, Sexto Kalendas, *hac die fit Lectio Martyrologii, ut sequitur.* Vigília Sancti Mathíæ Apóstoli. In Agro Sylvanecténsi, Dedicátio Beátæ Mariæ de Parcodominárum. Item Commemorátio plurimôrum Sanctôrum ꝛ Mártyrum & Confessôrum,* atque Sanctârum Vírginum.

Lectio Reg. De quadragesimæ observatione.

Nota quod hæc etiam Lectio Regulæ fit semper in Dominicâ primâ Quadragesimæ, quæ quando in aliam diem cadit, in istâ sumi debet prout notatur loco suprà citato.

In aliis verò annis Martyrologium legitur, ut sequitur.

MM. maj. NATALIS Beati Mathíæ Apóstoli,* qui post Ascensiônem Dómini ab Apóstolis sorte eléctus ꝛ apud Judæam Christi Evan-

gélium prædicávit. Item, Invéntio Cápitis Præcursóris Dómini témpore Marciáni Príncipis, * quando idem Præcursor duóbus Monachis primùm ubi ejus caput celátum jacéret, revelávit. Cæsaréæ [in] Cappadóciâ, * Sancti Sérgii Mártyris ? cujus gesta præclaríssima habéntur. In Agro Sylvanecténsi [a], * Dedicátio Eccléſiæ Beátæ Mariæ de Parco-Dominárum. *In Anno Bissexto hæc Dedicatio die præcedenti annuntiatur ut suprà.*

[a] Senlis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. ut suprà.

IN Monasterio Catalauniæ Populetano, B. Bartholomæi Abbatis, qui fertur famulum mortuum suis precibus suscitasse. In Territorio Lingonensi, B. Desiderii Conversi Claræ-vallensis; qui cum benedictione Sancti Bernardi astantis, secutus est Reginam Angelorum à qua vocabatur in Cœlum. In Patria Leodiensi, Depositio Simonis Prophetæ & Conversi Alnensis; qui ex viro nobili, divite & erudito factus est Opilio in eodem Monasterio, & in Concilio Lateranensi quarto monita salutis Episcopis & ipsi Summo Pontifici Innocentio III. dedit.

25 Quinto Kal. Martii. * Luna. G

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
ſ	t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P	
14	15	16	17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26	

APUD Ægyptum, * Natâlis Sanctórum Victoríni, Victóris, Nicéphori [b], Claudiáni, Dióscori, Serapiônis, & Pápiæ, sub Nu-

[b] *Aliàs Nicophori.*

meriáno Imperatôre; quorum primus, secúndus & tértius pro confessiône Deitátis constánter exquisíta suppliciôrum génera toleántes, * réliqui quátuor, id est, Claudiánus, & Dióscorus flammis incénsi; Serápion & Pápias gládio cæsi sunt. Omnes ítaque célebre martyrium dedicavérunt.

℣. Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Fratribus qui longè.

IN Germania, B. Mechthildis Virginis, egregiis virtutibus insignis In Monastério Ebracensi Agri Herbipolensis, B. Adami Abbatis: qui aliquando specie pietatis seductus, litteris S. P. N. Bernardi in se reversus vitam sanctissimam duxit. In Camera Beatæ Mariæ ad Bruxellas, Elevatio Corporis B. Bonifacii ejusdem loci Monachi & Episcopi Lausanensis.

A Quarto Kal. Martii. * Luna. 26

a b c d e f g h i k l m n p q r s
28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
t u A B C D E F F G H M N P
16 17 18 19 20 21 22 23 22 23 24 25 26 27

IN Civitáte Pergen Pamphíliæ, Natális Beáti Néstoris Epíscopi, * qui persecutiône Déci cùm die noctúque oratióni insísteret póstulans ut grex Christi custodirétur; comprehénsus, nomen Dómini mirâ libertáte & alacritáte conféssus, equúleo crudelíssimè tortus est: * exin crucis suspéndio victôr migrávit. Apud Alexandríam, * Sancti Alexándri Epíscopi gloriósi senis. Hic post Beátum Petrum,

ejúſdem Civitâtis Epíſcopus, Arríum Preſbyterum ſuum hæréticâ impietáte depravátum, & divínâ veritáte convíctum de Eccléſiâ ejécit: * ac poſteà inter trecéntos decem & octo Patres eúndem in Nicæno Concílio damnávit. Antiochíæ, * Sanctórum Mártyrum Fortunáti & Felícis, cum áliis vigínti & ſeptem.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Fratribus qui non ſatis.

IN Gallia, B. Andreæ Monachi Claræ-vallis, qui ſub Roberto Sancti Bernardi ſucceſſore habitum induit & ſanctiſſimè ſervavit. In Novo-Caſtro, B. Theodorici eximiæ ſanctitatis Monachi, & paternarum traditionum æmulatoris vigilantiſſimi. In Monte Stromberg, Depoſitio Arnaldi Converſi, humilitate & ſanctimoniâ vitæ inſignis.

27 Tertio Kal. Martii. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
ſ t u A B C D E F F G H M N P
16 17 18 19 20 21 22 23 24 23 24 25 26 27 28

ALEXANDRIÆ, * Paſſio Sancti Juliáni Mártyris. Is cùm ita pódagrâ conſtrictus eſſet, ut neque incédere neque ſtare poſſet, unà cum Euno [a] Miniſtro ſuo, júdici offértur: * qui Camelis impóſiti per totam jubéntur circumdúci urbem, & flagris hinc inde, ſpectánte pópulo, laniári uſque quò finem ipſis verbéribus ſortiréntur. In Hiſpániis Civi-

[a] *Aliàs Henno.*

b Seville. tâte Híſpali b, * Natalis Sancti Leándri Epíſcopi & Confeſsôris ℣ cujus prædicatiône & indúſtriâ tota Gothôrum Gens per Areccarédum Regem ab Arriánâ impietâte convérſa eſt. Lugdúni, * Sancti Baldómeris c viri Dei ℣ cujus ſepúlchrum crebris miráculis illuſtrátur. [Romæ, * Sanctórum Alexándri, Abundántii d & Fortuniónis Mártyrum.]

c Saint Germier.

d *Aliàs Abundii.*

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Oratorio.

IN Monaſterio Sancti Bernardi Friſiæ, B. Emmanuelis, qui ad Cremenſem Epiſcopatum aſſumptus, mirabili ſanctitate & incredibili pietate, cæleſtibus etiam ſignis effulſit. In Valle Leodienſi Sancti Lamberti, Depoſitio Venerabilis Joannis Monachi, Paternarum traditionum zelantiſſimi. Ciſtercii, B. Roberti Prioris, qui poſt mortem inter Sanctos Ordinis Fundatores meruit ſepeliri & numerari.

C Pridie Kalendas Martii. * Luna. 28

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

t u A B C D E F F G H M N P

18 19 20 21 22 23 24 25 24 25 26 27 28 29

a Saint Claude.

IN Território Lugdunénſi, locis Jurénſibus a, * Depoſitio Beáti Románi Abbatis ℣ qui primus illis vitam eremíticam duxit, * & multis virtútibus ac miráculis clarus, plurimórum poſteà Pater éxtitit Monachórum. Eódem die, * Sanctórum Macárii, Rufíni, Juſti, & Theóphili Mártyrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Hoſpitibus.

In anno Biſſexto die 29. *legitur diviſio*, Coquina.

IN Luſitania, Beatæ Violantiæ Abbatiſſæ Sancti Benedicti de Caſtris propè Eboram *b*, quæ corpus rigidiſſimè caſtigans & graviſſimis infirmitatibus afflicta, etiam lumine oculorum orbata admirandum conſtantiæ & patientiæ exemplum dedit. Litæ, Tranſlatio Corporis Beatricis Prioriſſæ Cœnobii de Nazareth. In Sardinia, B. Herberti, qui ex Abbate de Moris Archiepiſcopus Turritanus factus, multis ſanctitatis titulis illuſtris extitit. b *Evora.*

MARTIUS.

1 Kalendis Martii. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

t u A B C D E F F G H M N P

19 20 21 22 23 24 25 26 25 26 27 28 29 1

DEDICATIO Eccléſiæ Moniálium Sancti Jacóbi de Vitriáco. Romæ, Sanctórum Mártyrum ducentórum ſexagínta, * quos juſſit primò Cláudius pro Chriſti nómine damnátos arénam fódere ? deínde præcépit ut foras muros portæ Saláriæ mitterentur, * & in amphitheátro ejúſdem Civitátis, mílitum ſagíttis interficeréntur. Eodem die, * Sancti Donáti Mártyris ? qui ſub Duce a Urſacio & Marcellíno Tríbuno Carthagíne paſſus eſt. Andégavi, * Sancti Albíni Epíſcopi & Confeſ- a *Aliàs Judice.*

fóris ; viri præclaríſſimæ virtútis & ſanctitátis. [In] Civitáte Maſsíliâ, * Sanctórum Hermétis & Adriáni Mártyrum. Item, Paſſio Sancti Leónis Mártyris. *a*

a Baionne.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quod non debeat Monachus.

IN Agro Sylvanectenſi *b*, B. Almarici, qui primum Abbas Caroliloci, deinde Epiſcopus Sylvanectenſium electus, utramque dignitátem vitæ ſanctimoniâ decoravit. In Claravalle, Sanctiſſimi Monachi Hugonis B. Bernardi Diſcipuli. In Bonavalle Vlennenſi, Depoſitio Venerabilis Simplicii Monachi, Sancti Hugonis Abbatis, Diſcipuli.

E Sexto Nonas Martii. * Luna. 2

a b c d e f g h i k l m n p q
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 26 27 28 29 1 2

ROMÆ, viâ Latínâ, * Sanctórum Mártyrum Jovíni & Baſiléi ; qui paſſi ſunt ſub Gallién̄o & Valériano Imperatóribus. Item Romæ, * Sanctórum Mártyrum plurimórum ; quos diù cruciátos Imperátor Alexánder capitáli ſententia in extrémo damnávit. Cæſaréæ in Cappadóciâ, * Sanctórum Lúcii Epiſcopi, Abſalónis & Lárgii *b* Mártyrum.

b *Aliàs Lorgii.*

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Veſtimentis.

IN Succiâ, B. Stephani, qui Monachus factus in Monastério de Aluastrâ, deinde Archiepiscopus Upsalensis & Primas Sueciæ; in utroque statu virtutibus illustris resplenduit. In Hispania, Depositio Andreæ Monachi Rivi-Sicci, qui singulari quodam fervore & sapore Horas Beatæ Mariæ quotidiè recitans, decem & septem annos purissimè vixit in Monastério. Villarii in Brabantia, Reverendi Arnulphi Abbatis, qui brevi stadio præmium æternum gloriosè assecutus est.

3 Quinto Nonas Martii. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r s
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
t u' A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 27 28 29 1 2 3

APUD Cæsaræam Palestínæ, Natális Sanctórum Mártyrum Maríni Mílitis & Astérii Senatóris, sub persecutióne Valeriáni, * quorum prior, cùm accusátus fuisset à commilitónibus, quod esset Christiánus, & ille Christiánum se esse claríssimâ voce testarétur? martyrii corónam cápitis abscissióne suscépit, * cùmque sequens cápite truncâtum mártyris corpus subjéctis húmeris & substrátâ veste quâ induebâtur excíperet? honórem quem Mártyri détulit, contínuò ipse Mártyr accépit. Eôdem die, * Sanctórum Hemitérii & Cheledónii? qui primùm apud Legionénsem a Galléciæ Civitâtem Mílites, exurgénte persecutiónis procéllâ, pro confessióne nóminis Christi, plúrimis afflícti torméntis, * Cala-

a Leon en Galice

b Calaborra en Arragon.

gúrim b usque perdúcti atque ibi martyrio coronáti sunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De mensâ Abbatis.

c Perigord.

IN finibus Petrochorensium c, B. Boni Abbatis Custodiæ Dei, qui sacrarum litterarum notitiâ & regularis disciplinæ observantiâ, inter præstantissimos viros qui veritatem catholicam contra Albigenses asserverunt mirè eluxit. Eboræ in Lusitaniâ, B. Elizabeth Monialis Sancti Benedicti de Castris, quæ glorioſas sibi patientiæ coronas in infirmitate diuturnâ & gravissimâ contexens, astantibus tandem Sanctis Benedicto & Bernardo, ad veram sanitatem & requiem pervenit. Lancastriæ in Anglia, Passio B. Abbatis Saulienſis, qui pro fide Catholicâ ab Hæreticis patibulo suspensus & dilaceratus est.

G Quarto Nonas Martii. * Lun. 4

a b c d e f g h i k l m n p q r
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
ſ t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 28 29 1 2 3 4

ROMÆ, viâ Appiâ, * Natâlis Beáti Lúcii Papæ & Mártyris ℣ qui in persecutióne Valeriáni & Gallién, ob Christi fidem exílio relegátus, & póstmodum divíno nutu ad Eccléſiam ſuam redíre permiſſus ℣ martyrium cápitis obtruncatióne complévit. Item Romæ, viâ Appiâ, * Sanctórum Mártyrum nongentórum ℣ qui ſunt póſiti in Cœmetério ad Sanctam Cæcíliam. Eôdem die, * [Sanctórum] Caii Palatíni in mare merſi, & aliórum vigínti ſeptem.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De artificibus.

IN Angliâ, B. Thomæ Monachi, qui primùm monasticâ disciplinâ in Monasterio Cantuariensi, cujus erat Prior restituta, Cisterciensibus postea se subdens, tandem in eremo sub eorum disciplinâ priscos Ægypti Anachoretas æmulatus est. Acquiriæ in Brabantiâ, Depositio Hermandi Conversi, cujus virtus in infirmitate perfecta est.

5 Tertio Nonas Martii. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
ſ t u A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 29 30 29 1 2 3 4 5

APUD Antiochíam,* Natâlis Beáti Phocæ Martyris ; qui post multas quas pro nómine Redemptóris passus est injurias, quáliter de antíquo illo serpénte triumpháverit, hodiéque pópulis declarátur. Ipso die, * Passio Sancti Eusébii Palatíni, & aliórum novem Mártyrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De disciplina suscipiendorum Fratrum.

IN Claravalle; B. Gerardi Monachi, qui inter manus Fratrum exultantium animam Christo reddidit. In Hispania, translatio B. Raimundi Abbatis Fiterienſis. Lugduni, Depositio Reverendissimi Radulphi, qui primò Abbas Signiaci, deinde Claræ vallis, Episcopus Aginnensis, ac tandem Archiepiscopus Lugdunensis factus, & meritis plenus obdormivit in Domino.

B Pridie Nonas Martii. * Luna. 6

a b c d e f g h i k l m n p q r
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
ſ t u A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 29 1 2 1 2 3 4 5 6

NICOMEDIÆ, Natâlis Sanctórum Victóris & Victoríni,* qui per triénnium cum Claudiáno & Baſsâ uxore ejus tormentis multis afflícti & retrúſi in cárcerem ; ibidem vitæ ſuæ curſum implevérunt. [In] Civitáte Toléto, * Depoſitio Sancti Juliáni Epíſcopi ; qui apud ejúſdem loci íncolas famoſíſſimus habétur.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De filiis nobilium.

IN Galliâ, B. Pontii qui ex Monacho Grandis Silvæ Abbas Clarævallis electus,& poſtmodum Claromontenſi Eccleſiæ Epiſcopus præfectus, tam humilitate quàm auctoritate profuit. Poundunii in Germania, B. Annæ Abbatiſſæ, quæ mentis puritate & corporis caſtitate mirificè Chriſto placuit.

Nonis

7 Nonis Martii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
ſ t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 30 1 2 2 3 4 5 6 7

IN Monaſtério Foſſænovæ prope Terracînam, * Sancti Thomæ Aquinátis, Confeſſóris & Eccléſiæ Doctóris ℣ nobilitáte géneris, vitæ ſanctitáte, & Theologíæ ſciéntiâ illúſtris. In Mauritániâ Civitáte Tuburbitanórum, * Natâlis Sanctárum Mártyrum Perpétuæ & Felicitátis ℣ & cum eis Revocáti, Saturníni, & Secúndoli: * quorum últimus in cárcere quiévit ℣ réliqui omnes ad béſtias ſunt tráditi, ſub Sevéro Príncipe. ** Lect. & M.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Sacerdotibus qui voluerint, &c.

IN Valle Sancti Petri, B. Godeſchalxi: qui virtutibus illuſtris ſancto fine migravit. In Bonavalle Viennenſi, B. Petri Monachi, Patris Sancti Petri Tarentaſienſis, qui poſtquam in ſæculo non ſæculariter vixiſſet, & ſanctas proles quas ex ſanctâ uxore ſuſcepit, ſanctiſſimè educaſſet, ſacræ Religioni ſe dedit, & in ſenectute bonâ piiſſimè obdormivit.

D Octavo Idus Martii. * Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
s t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

[a] Antinoë en Egypte.

IN Civitáte Antinoum [a], Natâlis Sanctórum Philemónis & Apollónii Diáconi, * qui tenti & à Júdice auditi, cùm constánter Idólis sacrificare noluíssent ? perforátis calcáneis, per civitátem horribíliter tracti, novíssimè gladio cæsi martyrium complevérunt. Eodem die, apud præfatam urbem, * Passio (Sanctórum) Ariâni, Theótici, & aliórum trium ? quos Judex submérsos in mare necávit ; * sed obséquio Delphíni córpora eórum líttori sunt restitúta. Carthagine, [Depositio] Sancti Póntii Diáconi, Beáti Cypriáni Epíscopi : * qui usque ad diem passiónis illius, cum eo exílium sústinens ? egrégium volúmen vitæ & passiónis ipsius reliquit, * ac clarus passiónibus corónam vitæ proméruit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Monachis peregrinis.

VIllarii in Brabantia, Depositio B. Henrici ejúsdem Monasterii Prioris, qui plenus dierum & bonorum operum, simplicitatis & vigilantiæ & mansuetudinis præmium in cœlis recepit. In Hispania, B. Berengariæ, quæ Aulæ Regiæ patris sui renuncians, in Monasterio Holgensi assumpto habitu, vitam sanctissimè finivit. Vvaterfordiæ in Hibernia, Reverendissimi D. Nicolai, qui multis

pro fide exantlatis laboribus, & ad Cathedram Vvaterfordiensem designatus, diem obiit extremum.

9 Septimo Idus Martii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

APUD Sebáſten Arméniæ minóris, * Sanctórum [a] Quadragínta Mílitum; qui témpore Licínii Regis poſt víncula & cárceres crebérrimos, poſt cæſas lapídibus facies, miſſi ſunt in ſtagnum: * & ſic demùm crurifrágio martyrium conſummavérunt. Erant autem nobilióres inter eos Cyrion & Cándidus. Apud Niſſenam Civitâtem, Depoſítio Sancti Gregórii Epíſcopi, Fratris Beâti Baſilíi Cæſariénſis: * tam vitâ quàm eloquéntiâ claríſſimi. [In] Civitâte Barcinónâ, * Sancti Paciáni Epíſcopi; qui témpore Theodóſii Príncipis, óptimâ ſenectúte finem vitæ ſortítus eſt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Sacerdotibus Monaſterii.

Comm. [a] *De his Vſuard. 5. Idus.*

IN Territorio Furnenſi, Inventio B. Ideſbaldi Abbatis Dunenſis, cujus corpus incorruptum, iterùm inventum fuit, centeſimo circiter poſt ejus obitum anno. In Germania, B. Mariæ Sororis B. Caroli Abbatis Villarienſis, quæ in Monaſterio de Duneuvarch ſanctiſſimè uſque ad terminum vitæ converſata eſt. Item in Germaniâ, Paſſio ſexaginta Monachorum qui per palmam martyrii vitæ finem acceperunt. Ciſtercii, Depoſitio Henrici Monachi, Odo-

nis Ducis Burgundiæ filii, qui humilitate præfulgens obdormivit in Domino.

F Sexto Idus Martii. * Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r s
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
t u A B C D E F F G H M N P
28 29 30 1 2 3 4 5 5 6 7 8 9 10

a Apamie

APUD Apamæam *a* [in Phrygia] Natâlis Sanctôrum Alexándri & Caii: * qui ut ſcribit Apollináris Hierapolitánus Epíſcopus in Libro advérſus Cataphrygas & perſecutióne Marci Antonîni & Lúcii Veri, gloriôſo martyrio coronáti ſunt. In Pérſide, * Sanctôrum Mártyrum número quadragíntaduôrum. [Ipſo die, * Sanctôrum Gorgónii & Firmi.] Pariſiis, * Sancti Drocthovæi *b* Abbatis, Diſcípuli Beâti Germáni Epíſcopi. Item, Sancti Attali Abbatis *c*, *, Diſcípuli Beâti Columbáni.

b S. Drocthovée premier Abbé de S. Germain des Prez.

c de Luxeu.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ordine Congregationis.

IN Anglia, Paſſio B Joannis Abbatis Vvhallenſis, qui variis ſupplíciis pro fide excruciatus, Lancaſtriæ martyrium conſummavit. In Nazareth prope Liram, Depoſitio Chriſtianæ Virginis, quæ tota Deo defixa ad æternam felicitatem aſcendit. In Hibernia, Depoſitio Gelaſii Abbatis, zelo diſciplinæ regularis & innocentiâ vitæ celebris, cujus admiranda ſinceritas, mentis candor & præſtantiſſima merita, multis etiam miraculis innotuerunt.

11 Quinto Idus Martii. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
t u A B C D E F F G H M N P
29 30 1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

CARTHAGINE, * Sanctôrum Heráclii & Zózimi. Alexandríæ, * Paſſio Sanctôrum Cándidi, Piperiônis, & aliôrum vigínti. Ipſo die, [in finibus Ambianenſium,] * Sancti Firmiáni Abbatis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ordinando Abbate.

IN Monaſterio S. Petri Gumielenſis, Depoſitio B. Mammerti ejuſdem loci Abbatis, Fratris Sancti Dominici Prædicatorum Inſtitutoris: cujus ſacra oſſa longo quondam martyrio macerata, olim inter Sanctorum corpora ſub Altari eis dedicato aſſervantur. In Claravalle, B. Juliani Monachi, vitæ ſanctitate & doctrinâ conſpicui.

12 Quarto Idus Martii. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

ROMÆ, * Beâti [Papæ] Gregórii Magni, Eccléſiæ Doctóris, & Apóſtoli Anglôrum. Ibidem, * Depoſitio Sancti Innocéntii Papæ, *MM. Vſuard. ſic habet BB. Pon-*

tificum Gregorii Doctoris & Apostoli Anglorum & Innocentis.

hujus nóminis primi. Apud Nicomédiam, * Passio Sancti Petri Mártyris. Hic cùm esset cubiculárius Diocletiáni Príncipis, & libériùs causarétur de imménsis Mártyrum supplíciis ; jubénte eôdem in médium addúcitur: * ac primò suspénsus diutíssimè flagris torquétur ; deínde acéto & sale perfúsus, ad últimum in craticulâ assatur, * sicque veri Petri éxtitit & fidei hæres & nominis. Item Nicomédiæ, * Sanctôrum Egdúnii Presbyteri & aliôrum septem ; qui diébus síngulis suffocáti sunt ut cæteris metus incuterétur.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Præpósito.

IN Belgio B. Gregorii Prioris Villarienſis, Monasticæ disciplinæ zelatoris eximii. Pontigniaci, Depositio Edmundi Monachi, qui à sæculi actibus penitùs alienus, magna vitæ sanctitate diem clausit extremum. In Cœnobio Rosseæ Vallis, Commemoratio S. Herminæ Regis Hiberniæ filii, cujus sacra ossa ibidem asservantur.

B Tertio Idus Martii. * Luna. 13

a b c d e f g h i k l m n p q r
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
ſ t u A B C D E F F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

APUD Nicomédiam, * Natâlis Sanctôrum Macedónii Presbyteri, Patríciæ & Modéstæ. [In] Civitâte Nicæa, * Sanctôrum Mártyrum Theusétæ, Horris, Theodóræ, Nym-

phodóræ, Marci & Arabíæ : * qui omnes igni tráditi ſunt. In Thebáide, * Depoſítio Sanctæ Eupráxiæ a Vírginis.

a *Aliàs Euphraſia.*

℣ Et álibi &c.

Lectio Reg. De Oſtiario.

LAncaſtriæ in Angliâ, Paſſio B Guillelmi Monachi Yvallenſis, qui pro conſtantiſſimâ fidei confeſſione martyrii palmam obtinuit. In Luſitaniâ, Depoſitio B. Sanchæ Viduæ, quæ relictâ dignitate Regiâ, in Monaſterio Cellæ quod conſtruxerat, habitu ſuſcepto, etiam miraculis clara regnum meruit æternum. In Diœceſi Catalaunenſi, Obitus piiſſimi Euſtachii, qui tandem precibus & lachrymis Ivetæ matris ſuæ converſus, & in Monaſterio Trium-Fontium factus Monachus memoriam ſui in benedictione poſteris dereliquit.

14 Pridie Idus Martii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
ſ t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 9 10 11 12 13 14

ROMÆ, Paſſio Sanctórum Mártyrum Quadragintaſéptem : * qui baptizáti ſunt à Beáto Petro Apóſtolo cùm tenerétur in cuſtódia Mamertíni cum Coapóſtolo ſuo Paulo : ubi novem menſes deténti ſunt : * qui omnes, ſub devotíſſimæ fidei confeſſióne, Neroniáno gládio conſúmpti ſunt. In Africâ *, Sancti Petri Mártyris. Item, Sancti Euphrónii.

℣ Et alibi, &c.

Lectio Reg. De Fratribus in viâ.

IN Italia, B. Petri Abbatis Sineronensis, qui per bonorum operum stadium feliciter decurrens ad æternam Patriam migravit. In Agro Narbonensi, Passio Sancti Petri de Castronovo, qui in Monasterio Fontis-Frigidi professus, lanceâ confossus ab Hæreticis quos insectabatur, martyrii palmam promeruit.

D Idibus Martii. * Luna. 15

a b c d e f g h i k l m n p q
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
r s t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 10 11 12 13 14 15

IN [Civitâte] Cæsaréa Cappadóciæ,* Passio Sancti Longíni ℣ qui latus Dómini lanceâ perforávit, ut in gestis ejúsdem invenitur. Apud Thessalonícam Civitâtem, Natâlis Sanctæ Matrónæ Mártyris: * quæ deprehénsa & multipliciter afflícta ℣ novíssimè robústis fústibus usque ad mortem cæsa in confessióne Christi incorrúptum Deo spíritum réddidit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si cui Fratri, &c.

IN Lusitaniâ, B. Aldeberti, qui missus à Sancto Bernardo cum Abbate Boëmundo ad ædificandum Monasterium de Tharouca, eidem Abbati successit in dignitate & sanctitate. In Bonavalle Viennensi, Depositio Joannis Monachi, Sancti Patris Hugonis Discipuli, qui sanctitate & dono prophetiæ claruit.

16 Decimoſeptimo Kal. Aprilis.* Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2
ſ t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16

APUD Aquiléiam, Natâlis B. Hilárii Epíſcopi, & Tatiáni Diáconi: * qui ſub Berónio Præſide poſt equúleum atque alia torménta, unà cum Felíce, Largo & Dionyſio martyrium terminárunt. Romæ, Paſſio Sancti Cyriáci Diáconi: * qui poſt longam cárceris maceratiónem reliquátâ pice perfûſus, & in catáſtâ exténſus, attráctus etiam nervis & fúſtibus cæſus, ad últimum cum Largo & Smarágdo, & aliis vigínti, jubénte Maximiáno, cápite truncátur. Horum tamen feſtívitas ſexto Idus Augúſtas recólitur: * quo die à Beâto Marcéllo Papa eorum córpora ſunt levâta ac venerabíliter tumulâta. Arvernis, * Depoſítio Sancti Patrícii Epíſcopi & Confeſsôris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut in Monaſterio &c.

VIllarii in Brabantia, B. Gumari Monachi, qui contemplationi divinæ ſe totum dedens, demùm Monialibus Cameræ Beatæ Mariæ, quibus præfectus fuerat piiſſimè inſtitutis, feliciter migravit in Cœlum. In Claravalle, Depoſitio Conſtantii Converſi, qui tertiò apoſtata & tertiò compunctus, ad ultimum perfectè adhærens Creatori, laudes etiam S. P. N. Bernardi promeruit.

cum aliis novem, Mártyrum. In Civitâte Brixâ, * Sancti Calocérii Mártyris. [Item Sancti Theodóri [a] Epíscopi. Ipso die, * Sanctórum Apollónii & Leóntii Epiſcopórum.

[a] Cesarée en Cappadoce.

¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Zelo bono.

IN Claravalle, B. Emeberti Monachi, qui in juventute meritum & constantiam, senectutis patientiâ & morum integritate obtinuit. Ibidem, Translatio corporis B. Alethæ Matris S. P. N. Bernardi. In Brabantiâ, Venerabilis Abundi Monachi Villariensis, familiari Beatæ Virginis colloquio, miraculis & prophetiæ dono insignis.

B Tertiodecimo Kal. Aprilis.* Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r
21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
ſ t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 15 16 17 18 19 20

IN Judæâ,*Sancti Joáchim Patris Beatíſſimæ Vírginis Genitrícis Dei MARIÆ.] Natâlis Sancti Archíppi commilitônis Beati Pauli: * cujus méminit idem Apóſtolus in Epíſtolâ ſuâ ſcribens Coloſſénſibus. Apud Británniam [b], Depositio Sancti Cúthberti: * qui ex Anachoréta, Eccléſiæ Lindisfarnénſis Antiſtes, totam ab infantiâ ad ſénium vitam miraculórum ſignis inclytam duxit. In Syria, * Sanctórum Pauli, Cyrílli & Eugénii; cum aliis quatuor.

[b] En Angleterre.

℣Ipso die, in Monastério Fontanellæ [b], * Sancti Wulfránni Epíscopi [c] & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De eo quod, &c.

[b] S. Vandrille.
[c] Senonensis.

IN Germaniâ, B. Ebrardi, qui ex Comite Montensi, factus Monachus Morimundensis, propria sanctitate, humilitate & industria in Patriâ suâ Ordinem propagavit. Nucariæ in Siciliâ, B. Hugonis Abbatis, qui Evangelicæ paupertatis zelo maximè enituit. In Brabantiâ, B. Thomæ Monachi Villariensis, qui Sanctorum Monachorum Godefridi & Reyneri germanus, propinquior virtutibus & signis quàm carne fuit.

21 Duodecimo Kal. Aprilis. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7
ſ t u A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 14 15 16 16 17 18 19 20 21

APUD Castrum Casínum, Natâlis Sancti [Patris nostri] Benedícti Abbatis: * cujus vitam virtútibus & miráculis glorióſam Beâtus scribit Papa Gregórius. Alexandríæ, * Beâti Serapiônis Anachoritæ, magnárum virtútum viri. In Território Lugdunénsi, * Sancti Lupicíni Abbatis ℣ cujus vita sanctitátis & miraculórum gloriâ illústris fuit. *Serm.*

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Incipit Prologus.

IN Galliâ, Institutio sacri Ordinis Cistercienſis. Eodem die, Depositio Sanctissimi Patris nostri Roberti, primi Cistercii Abbatis, ejusdem Ordinis Fundatoris. Alvastræ in Suetiâ, B. Bene-

D Octavo Idus Martii. * Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

a Antinoë en Egypte.

IN Civitáte Antinoum a, Natâlis Sanctórum Philemónis & Apollónii Diáconi, * qui tenti & à Júdice auditi, cùm conſtánter Idólis ſacrificare noluíſſent ? perforátis calcáneis, per civitátem horribíliter tracti, noviſſimè gladio cæſi martyrium complevérunt. Eodem die, apud præfatam urbem, * Paſſio (Sanctórum) Ariâni, Theótici, & aliórum trium ? quos Judex ſubmérſos in mare necávit ; * ſed obſéquio Delphíni córpora eórum líttori ſunt reſtitúta. Carthagine, [Depoſítio] Sancti Póntii Diáconi, Beáti Cypriáni Epíſcopi : * qui uſque ad diem paſſiónis illius, cum eo exílium ſúſtinens ? egrégium volúmen vitæ & paſſiónis ipſius reliquit, * ac clarus paſſiónibus corónam vitæ proméruit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Monachis peregrinis.

VIllarii in Brabantia, Depoſitio B. Henrici ejúſdem Monaſterii Prioris, qui plenus dierum & bonorum operum, ſimplicitatis & vigilantiæ & manſuetudinis præmium in cœlis recepit. In Hiſpania, B. Berengariæ, quæ Aulæ Regiæ patris ſui renuncians, in Monaſterio Holgenſi aſſumpto habitu, vitam ſanctiſſimè finivit. Vvaterfordiæ in Hibernia, Reverendiſſimi D. Nicolai, qui multis

pro fide exantlatis laboribus, & ad Cathedram Vvaterfordiensem designatus, diem obiit extremum.

9 Septimo Idus Martii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

APUD Sebáſten Arméniæ minóris, * Sanctórum [a] Quadragínta Mílitum [b] qui témpore Licínii Regis poſt víncula & cárceres crebérrimos, poſt cæſas lapídibus facies, miſſi ſunt in ſtagnum: * & ſic demùm crurifrágio martyrium conſummavérunt. Erant autem nobilióres inter eos Cyrion & Cándidus. Apud Niſſenam Civitâtem, Depoſitio Sancti Gregórii Epíſcopi, Fratris Beâti Baſilíi Cæſariénſis: * tam vitâ quàm eloquéntiâ clariſſimi. [In] Civitâte Barcinónâ, * Sancti Paciáni Epíſcopi [c] qui témpore Theodóſii Príncipis, óptimâ ſenectúte finem vitæ ſortítus eſt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Sacerdotibus Monaſterii.

[a] *Comm. De his Vſuard. 5. Idus.*

IN Territorio Furnenſi, Inventio B. Ideſbaldi Abbatis Duneuſis, cujus corpus incorruptum, iterùm inventum fuit, centeſimo circiter poſt ejus obitum anno. In Germania, B. Mariæ Sororis B. Caroli Abbatis Villarienſis, quæ in Monaſterio de Duneuvarch ſanctiſſimè uſque ad terminum vitæ converſata eſt. Item in Germaniâ, Paſſio ſexaginta Monachorum qui per palmam martyrii vitæ finem acceperunt. Ciſtercii, Depoſitio Henrici Monachi, Odo-

nis Ducis Burgundiæ filii, qui humilitate præfulgens obdormivit in Domino.

F Sexto Idus Martii. * Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r s
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
t u A B C D E F F G H M N P
28 29 30 1 2 3 4 5 5 6 7 8 9 10

a Apamie

APUD Apamæam *a* [in Phrygia] Natâlis Sanctôrum Alexándri & Caii: * qui ut ſcribit Apollináris Hierapolitánus Epíſcopus in Libro advérſus Cataphrygas 7 perſecutióne Marci Antonîni & Lúcii Veri, glorióſo martyrio coronáti ſunt. In Pérſide, * Sanctôrum Mártyrum número quadragíntaduôrum. [Ipſo die, * Sanctôrum Gorgónii & Firmi.] Pariſiis, * Sancti Drocthovæi *b* Abbatis, Diſcípuli Beâti Germáni Epíſcopi. Item, Sancti Attali Abbatis *c* *, Diſcípuli Beâti Columbáni.

b S. Drocthovée premier Abbé de S. Germain des Prez.

c de Luxeu.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ordine Congregationis.

IN Anglia, Paſſio B Joannis Abbatis Vvhallenſis, qui variis ſupplíciis pro fide excruciatus, Lancaſtriæ martyrium conſummavit. In Nazareth prope Liram, Depoſitio Chriſtianæ Virginis, quæ tota Deo defixa ad æternam felicitatem aſcendit. In Hibernia, Depoſitio Gelaſii Abbatis, zelo diſciplinæ regularis & innocentiâ vitæ celebris, cujus admiranda ſinceritas, mentis candor & præſtantiſſima merita, multis etiam miraculis innotuerunt.

11 Quinto Idus Martii. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
t u A B C D E F F G H M N P
29 30 1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

CARTHAGINE, * Sanctôrum Heráclii & Zózimi. Alexandríæ, * Paſſio Sanctôrum Cándidi, Piperiônis, & aliôrum vigínti. Ipſo die, [in finibus Ambianenſium,] * Sancti Firmiáni Abbatis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ordinando Abbate.

IN Monaſterio S. Petri Gumielenſis, Depoſitio B. Mammerti ejuſdem loci Abbatis, Fratris Sancti Dominici Prædicatorum Inſtitutoris: cujus ſacra oſſa longo quondam martyrio macerata, olim inter Sanctorum corpora ſub Altari eis dedicato aſſervantur. In Claravalle, B. Juliani Monachi, vitæ ſanctitate & doctrinâ conſpicui.

12 Quarto Idus Martii. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

ROMÆ, * Beâti [Papæ] Gregórii Magni, Eccléſiæ Doctóris, & Apóſtoli Anglôrum. Ibidem, * Depoſitio Sancti Innocéntii Papæ, *MM. Vſuard. ſic habet BB. Pon-*

tificum Gregorii Doctoris & Apostoli Anglorum & Innocentis.

hujus nóminis primi. Apud Nicomédiam, * Passio Sancti Petri Mártyris. Hic cùm esset cubiculárius Diocletiáni Príncipis, & libériùs causarétur de imménsis Mártyrum supplíciis ; jubénte eôdem in médium addúcitur: * ac primò suspénsus diutíssimè flagris torquétur ; deínde acéto & sale perfúsus, ad últimum in craticulâ assatur, * sicque veri Petri éxtitit & fidei hæres & nominis. Item Nicomédiæ, * Sanctôrum Egdúnii Presbyteri & aliôrum septem ; qui diébus síngulis suffocáti sunt ut cæteris metus incuterétur.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Præpósito.

IN Belgio B. Gregorii Prioris Villarienſis, Monasticæ disciplinæ zelatoris eximii. Pontigniaci, Depositio Edmundi Monachi, qui à sæculi actibus penitùs alienus, magna vitæ sanctitate diem clausit extremum. In Cœnobio Rosseæ Vallis, Commemoratio S. Hermini Regis Hiberniæ filii, cujus sacra ossa ibidem asservantur.

B Tertio Idus Martii. * Luna. 13

a b c d e f g h i k l m n p q r
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
ſ t u A B C D E F F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

APUD Nicomédiam, * Natâlis Sanctôrum Macedónii Presbyteri, Patríciæ & Modéstæ [In] Civitâte Nicæa, * Sanctôrum Mártyrum Theusétæ, Horris, Theodóræ, Nym-

phodóræ, Marci & Arabíæ : * qui omnes igni tráditi sunt. In Thebáide, * Depositio Sanctæ Eupráxiæ a Vírginis.

a *Aliàs Euphrasia.*

℣ Et álibi &c.

Lectio Reg. De Ostiario.

LAncastriæ in Angliâ, Passio B Guillelmi Monachi Yvallensis, qui pro constantissimâ fidei confessione martyrii palmam obtinuit. In Lusitaniâ, Depositio B. Sanchæ Viduæ, quæ relictâ dignitate Regiâ, in Monasterio Cellæ quod construxerat, habitu susceptο, etiam miraculis clara regnum meruit æternum. In Diœcesi Catalaunensi, Obitus piissimi Eustachii, qui tandem precibus & lachrymis Ivetæ matris suæ conversus, & in Monasterio Trium-Fontium factus Monachus memoriam sui in benedictione posteris dereliquit.

14 Pridie Idus Martii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
s t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 9 10 11 12 13 14

ROMÆ, Passio Sanctôrum Mártyrum Quadragintaséptem : * qui baptizáti sunt à Beâto Petro Apóstolo cùm tenerétur in custódia Mamertíni cum Coapóstolo suo Paulo : ubi novem menses detênti sunt : * qui omnes, sub devotíssimæ fidei confessióne, Neroniáno gládio consúmpti sunt. In Africâ *, Sancti Petri Mártyris. Item, Sancti Euphrósii.

℣ Et alibi, &c.

Lectio Reg. De Fratribus in viâ.

IN Italia, B. Petri Abbatis Sineronensis, qui per bonorum operum stadium feliciter decurrens ad æternam Patriam migravit. In Agro Narbonensi, Passio Sancti Petri de Castronovo, qui in Monasterio Fontis-Frigidi professus, lanceâ confossus ab Hæreticis quos insectabatur, martyrii palmam promeruit.

D Idibus Martii. * Luna. 15

a b c d e f g h i k l m n p q
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
r s t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 10 11 12 13 14 15

IN [Civitâte] Cæsaréa Cappadóciæ,* Passio Sancti Longíni ℣ qui latus Dómini lanceâ perforávit, ut in gestis ejúsdem invenitur. Apud Thessalonícam Civitâtem, Natâlis Sanctæ Matrónæ Mártyris: * quæ deprehénsa & multipliciter afflícta ℣ novíssimè robústis fústibus usque ad mortem cæsa in confessióne Christi incorrúptum Deo spíritum réddidit.

℣ Et alibi, &c.

Lectio Reg. Si cui Fratri, &c.

IN Lusitaniâ, B. Aideberti, qui missus à Sancto Bernardo cum Abbate Boëmundo ad ædificandum Monasterium de Tharouca, eidem Abbati successit in dignitate & sanctitate. In Bonavalle Viennensi, Depositio Joannis Monachi, Sancti Patris Hugonis Discipuli, qui sanctitate & dono prophetiæ claruit.

16 Decimoſeptimo Kal. Aprilis.* Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2
ſ t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16

APUD Aquiléiam, Natâlis B. Hilárii Epíſcopi, & Tatiáni Diáconi:* qui ſub Berónio Præſide poſt equúleum atque alia torménta, unà cum Felíce, Largo & Dionyſio martyrium terminárunt. Romæ, Paſſio Sancti Cyriáci Diáconi:* qui poſt longam cárceris maceratiónem reliquátâ pice perfûſus, & in catáſtâ exténſus, attráctus etiam nervis & fúſtibus cæſus, ad últimum cum Largo & Smarágdo, & aliis vigínti, jubénte Maximiáno, cápite truncátur. Horum tamen feſtívitas ſexto Idus Augúſtas recólitur:* quo die à Beâto Marcéllo Papa eorum córpora ſunt levâta ac venerabíliter tumulâta. Arvernis,* Depoſítio Sancti Patrícii Epíſcopi & Confeſsóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut in Monaſterio &c.

VIllarii in Brabantia, B. Gumari Monachi, qui contemplationi divinæ ſe totum dedens, demùm Monialibus Cameræ Beatæ Mariæ, quibus præfectus fuerat piiſſimè inſtitutis, feliciter migravit in Cœlum. In Claravalle, Depoſitio Conſtantii Converſi, qui tertiò apoſtata & tertiò compunctus, ad ultimum perfectè adhærens Creatori, laudes etiam S. P. N. Bernardi promeruit.

F Sextodecimo Kal. Aprilis. * Luna. 17

a b c d e f g h i x l m n p q
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 12 13 14 15 16 17

IN Scotia, Natâlis Sancti Patrícii Epíſcopi & Confeſsôris: * qui primus ibîdem Chriſtum evangelizávit. [In] Civitâte Nicomédiâ,* Sanctôrum Mártyrum Eugénii, Pamphyliáni, Caſtóris & Seréni.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut non præſumat.

IN Polonia, B. Gertrudis Virginis & Abbatiſſæ Trebiniacenſis, quæ Sanctam Heduvigen matrem ſuam æmulata, felici agone ad requiem pervenit æternam. In Claravalle, B. Conradi Monachi, qui contemptis ſæculi divitiis, & dignitate Ducis Bavariæ cujus erat filius, pauperem Chriſtum inter pauperes Monachos ſecutus eſt.

G Quintodecimo Kal. Aprilis. * Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5
t u A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 12 13 13 14 15 16 17 18

NATALIS Beâti Alexándri Epíſcopi: * qui de Cappadóciâ ex propriâ civitâte,

ſancto deſidério Hieroſólymam véniens ; divinâ revelatióne ejúſdem loci gubernáculum ſuſcépit : * & poſt venerándam ſenectútem ductus Cæſaréam, perſecutióne Décii, ob confeſſiónem Chriſti martyrium complévit. Eôdem die [in] Monaſtério Nivigéllæ [a], * Sanctæ Gertrúdis Vírginis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut obedientes.

[a] Nivelle en Brabant.

[b] *De hac Vſuard. eras.*

IN Hiberniâ, B. Chriſtiani Abbatis, Diſcipuli Sancti Malachiæ, quem poſt eundem ſanctum, tota Hibernia ſingularem agnoſcit Patronum. In Hiſpaniâ, Obitus Venerabilis Catharinæ Abbatiſſæ de Olmedo, cujus gloria poſt mortem dicitur fuiſſe divinitùs oſtenſa.

19 Quartodecimo Kal. Aprilis.* Luna. A

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r		
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5		
ſ	t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
6	7	8	9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19			

IN Judæâ, * Natâlis Sancti Joſeph Sponſi Beatiſſimæ Vírginis MARIÆ.] Natâlis Beâti Joánnis, magnæ ſanctitâtis viri : * qui de Syria oriúndus pervénit ad Itáliam ; ibique apud Pennarénſem [c] urbem, conſtrúcto Monaſtério multórum ſervórum Dei per quadragínta annos Pater exíſtens, multis clarus virtútibus quiévit in pace. Apud Surréntum [d], * Sanctórum Quinti, Quintílli, Quartíllæ, & Marci

MM. maj.

[c] Panaca, prés Spolete.

[d] Sorrente en Sicile.

cum aliis novem, Mártyrum. In Civitâte Brixâ, * Sancti Calocérii Mártyris. [Item Sancti Theodóri a Epíscopi. Ipso die, * Sanctórum Apollónii & Leóntii Epíscopórum.

a Cesarée en Cappadoce.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Zelo bono.

IN Claravalle, B. Emeberti Monachi, qui in juventute meritum & constantiam, senectutis patientiâ & morum integritate obtinuit. Ibidem, Translatio corporis B. Alethæ Matris S. P. N. Bernardi. In Brabantiâ, Venerabilis Abundi Monachi Villarienſis, familiari Beatæ Virginis colloquio, miraculis & prophetiæ dono insignis.

B Tertiodecimo Kal. Aprilis.* Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r
21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
ſ t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 15 16 17 18 19 20

IN Judæâ,*Sancti Joáchim Patris Beatíssimæ Vírginis Genitrícis Dei MARIÆ.] Natâlis Sancti Archíppi commilitônis Beati Pauli: * cujus méminit idem Apóstolus in Epístolâ suâ scribens Colossénsibus. Apud Británniam b, Depositio Sancti Cúthberti: * qui ex Anachoréta, Eccléſiæ Lindisfarnénsis Antistes, totam ab infántiâ ad sénium vitam miraculórum signis inclytam duxit. In Syria, * Sanctórum Pauli, Cyrílli & Eugénii; cum aliis quatuor.

b En Angleterre.

℣Ipso die, in Monastério Fontanellæ [b], * Sancti Wulfránni Epíscopi [c] & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De eo quod, &c.

[b] S. Vandrille.
[c] Senonensis.

IN Germaniâ, B. Ebrardi, qui ex Comite Montensi, factus Monachus Morimundensis, propria sanctitate, humilitate & industria in Patriâ suâ Ordinem propagavit. Nucariæ in Siciliâ, B. Hugonis Abbatis, qui Evangelicæ paupertatis zelo maximè enituit. In Brabantiâ, B. Thomæ Monachi Villarienſis, qui Sanctorum Monachorum Godefridi & Reyneri germanus, propinquior virtutibus & signis quàm carne fuit.

21 Duodecimo Kal. Aprilis. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7
ſ t u A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 14 15 16 16 17 18 19 20 21

APUD Castrum Casínum, Natâlis Sancti [Patris nostri] Benedícti Abbatis: * cujus vitam virtútibus & miráculis glorióſam Beâtus scribit Papa Gregórius. Alexandríæ, * Beâti Serapiônis Anachoritæ, magnárum virtútum viri. In Território Lugdunénſi, * Sancti Lupicíni Abbatis [z] cujus vita sanctitátis & miraculórum gloriâ illústris fuit. *Serm.*

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Incipit Prologus.

IN Galliâ, Institutio sacri Ordinis Cistercienſis. Eodem die, Depositio Sanctissimi Patris nostri Roberti, primi Cistercii Abbatis, ejusdem Ordinis Fundatoris. Alvastræ in Suetiâ, B. Bene-

dicti Monachi, qui variis infirmitatibus probatus, fidelis inventus est. In Brabantiâ, Natalis Henrici Abbatis loci Sancti Bernardi, admirandæ sanctitatis viri.

D Undecimo Kal. Aprilis. * Luna. 22

a b c d e f g h i k l m n p q r
23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8
ſ t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 17 17 18 19 20 21 22

IN Africa, * Sanctôrum Saturníni, & alió-rum novem Mártyrum.] Apud Septimániam [in] Civitâte Biterris[a]: * Depositio Sancti Aphrodísii Epíscopi & Confessôris. Hic à Beâto Paulo Narbonénsi Epíscopo eidem urbi ordinátus Antístes ? fidei documéntis præclárus, virtutúmque méritis ornátus, quiévit in pace.

[a] Beziers.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Rcg. Exurgamus.

IN Britanniâ minori, B. Bernardi Episcopi, qui ex Claravalle ad Cathedram Nannetensem assumptus est, & obiit in senectute bonâ. Trecis, Dormitio B. Henrici, qui ex Comite Carinthiæ factus Morimundi Monachus, & inde Episcopus Trecensis, utrobique clarus virtutibus effulsit. In Valle-Florida, Depositio Gentæ Abbatissæ ejusdem loci, quæ virtutibus, miraculis, & patientiâ in infirmitate gravissimâ fuit illustris.

23 Decimo Kal. Aprilis. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9
ſ t ũ A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 18 19 20 21 22 23

IN Africa, * Sanctôrum Mártyrum Victoriáni, Fruméntii ⁊ item altérius Fruméntii & duôrum germanórum, * qui in perſecutióne Wandálicâ ut ſcribit Victor Africánus Epíſcopus ⁊ ſub Hunnérico Rege pro conſtántiâ Cathólicæ confeſſiónis, immaníſſimis ſuppliciis excruciáti, * egrégio martyrio coronáti ſunt. Antiochíæ, * Sancti Theodóri Preſbyteri. In Civitâte Cæſaréa, * Sancti Juliáni [Confeſſóris.]

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Succinctis.

APud Armoricos, B. Ruandi, qui ex Monacho Ciſtercii factus Epiſcopus Venetenſis *a*, incredibili ſanctitatis fulgore radiavit. Abulæ in Hiſpania, Depoſitio Mariæ Sanctimonialis, quæ humilitatis, paupertatis, & auſteritatis exempla admiranda præbuit. *a* Vennes.

F Nono Kal. Aprilis. * Luna. 24

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
ſ t u A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 19 19 20 21 22 23 24

Comm. COMMEMORATIO Sancti Gabriélis Archangeli: * qui miſſus à Deo Salvatórem concipiéndum ſacratíſſimæ Vírgini nunciávit.] Romæ, * Paſſio Beâti Pigménii Preſbyteri. Hic Juliánum Apóſtatam à púero nutrívit & ſacris litteris erudivit: * à quo ipſe poſteà in Tyberim projéctus pro fide Chriſti necátus eſt. In Mauritániâ, Natâlis Sanctórum Rómuli & Secúndoli fratrum, * qui pro Chriſto paſſi ſunt. Apud Syriam, * Sancti Seléuci. Item in Phrygiâ, * Sancti Agápiti.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Cum ergo

IN Friſia, B. Eiſonis magnæ ſanctitatis Monachi, & poſteà Abbatis Clari-Campi. Brugis, Depoſitio R. D. Ægidii, qui ex Monacho Ciſtercii factus Abbas Regalis-Montis, & variis perſecutionibus agitatus, Dunas ſe recipiens in pace quievit. In Hiſpania, Obitus Venerabilis Juſti, Regularis Obſervantiæ Monachi. In Poloñia, B. Simonis Monachi, qui clarus operibus ſanctè quievit.

Octavo

25 Octávo Kal. Aprílis. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q
26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 20 21 22 23 24 25

APUD Názareth Civitâtem Galiléæ, * Annunciátio Domínica (*Hîc ſilet Lector & Conventus incurvus dicit ſecretò Ave* MARIA.) In (Urbe) Syrmio, Paſſio Beâti Irenæi Epiſcopi, témpore Maximiáni Imperatóris: * qui primò torméntis acérrimis vexátus ꝛ deínde diébus plúrimis in cárcere cruciátus: * noviſſimè abſcíſſo cápite conſummátus eſt. Item Romæ, * Sancti Ciríni Mártyris ꝛ qui à Rege Cláudio poſt facultátum amiſſiónem: * poſt cárceris ſqualórem ꝛ poſt multórum vérberum afflictiónem: * gládio interféctus eſt. Nicomedíæ, Natális Sanctæ Théolæ, cujúſdam Mílitis ancíllæ: * quæ pro caſtitáte occíſa eſt. In Antro *a* Inſulâ: * Sancti Hermelándi *b* Abbátis ꝛ cujus glorióſa converſátio, miraculórum collaudátur præcónio. *Serm. min.*

a Aindre. *b* Saint Herblan.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Genéribus Monachórum.

CIſtercii, B. Joannis hujus nominis Abbatis ſecundi; qui laboribus indefeſſis pro Chriſto fatigatus, gloriâ & honore ab ipſo coronatus eſt. In Hiſpania, B. Blaſii Abbatis, qui in ſolitudine de Cantavos mutans veſtem nigram in albam Ciſtercienſem & Ordi-

nem professus, inde cum Monachis suis perveniens ad locum Horti Beatæ Mariæ Monasterium verbis & exemplis fundavit & confirmavit. Argensolii, S. Idæ, primæ illius Monasterii Abbatissæ.

A Séptimo Kal. Aprílis. * Luna. 26

a b c d e f g h i k l m n p q r
27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
s t u A B C D E F F G H M N P
13 14 15 16 17 18 19 20 21 21 22 23 24 25 26

APUD Pentápolim in Lybiâ, * Natâlis Sanctôrum [Mártyrum] Theodóri Epíscopi, Irenæi Diáconi, Scrapiônis & Ammónii Lectórum. Romæ, viâ Lavicánâ, * Sancti Cástuli Mártyris ; qui, ut in gestis Beâti Sebastiáni légitur, à persecutóribus tertiò appénsus, tertiò audítus: * in confessiône Dómini persevérans missus est in fóveam ; & dimíssâ super eum massâ arenáriâ, martyrio migrávit ad Christum. In [Civitâte] Syrmio, * Sanctôrum Montáni Presbyteri, & Máximæ, in mare mersórum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Qualis débeat esse Abbas.

POpuleti in Catalaunia, Depositio B. Petri Monachi pœnitentis, qui bis lapsus, tandem ex infirmitate fortior factus, ad singularem Eremi pugnam veniens, insignem victoriam de hoste reportavit. In Angliâ, B. Vvalterii Monachi, qui primùm S. P. N. Stephani Discipulus, in sactâ deinde Rievallis eremo humilis & pauper Deo placere studuit.

27 Sexto Kal. Aprílis. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r s

28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

t u A B C D E F F G H M N P

15 16 17 18 19 20 21 22 22 23 24 25 26 27

IN Ægypto, Depositio Beâti Joánnis Eremítæ: * qui inter cætera virtútum insígnia etiam prophético spíritu plenus ℣ Theodósio Imperatóri Christianíssimo victórias de Tyránno prædíxit. In Pannóniâ: * Sancti Alexándri Mártyris. Ipso die: * Sancti Euchérii Turonénsis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ergo cùm áliquis.

CIstercii in Gallia, B. Petri ejusdem Monasterii Abbatis decimiquarti, qui admirandâ sanctitate & singulari prudentiâ Ordinem suum regens diem extremum piissimè obiit. Eodem die, Depositio Venerabilis Eustachii Monachi Alnensis, Almæ Deiparæ Devotissimi. In Agro Bituricensi, B. Roberti Conversi; qui è Claravalle missus Fontem Mauriniaci, ibîdem à S.P.N.Bernardo monitus, ad ipsum jam glorioſum migravit.

28 Quinto Kal. Aprílis. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r

29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

s t u A B C D E F F G H M N P

15 16 17 18 19 20 21 22 23 23 24 25 26 27 28

CÆSAREÆ in Palestínâ, * Sanctôrum Mártyrum Prisci, Malchi & Alexándri ℣

qui [in] persecutióne Valeriáni, divíno fidei calóre succénsi, ultrò Júdicem adeúntes de sævítiâ in piórum sánguinem objúrgant: * quos ille contínuò pro Christi nómine béstiis trádidit devorándos. Apud urbem Cabilonénsium, Depositio Sancti Gunthrámni Regis: * qui ita se spirituálibus actiónibus mancipávit: ut relictis sæculi pompis thesáuros suos Eccléſiis & paupéribus erogáverit. [In Civitáte] Tarso Cilíciæ: * [Sanctórum Mártyrum] Castóris & Dorothei.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Rcg. In Doctrínâ.

CIstercii, Depositio S. P N. Stephani Abbatis, cujus festivitas jam agitur decimoseptimo Kalendas Augusti. Villarii in Brabantia, Commemoratio Sanctorum Abbatum, Monachorum, & Conversorum, qui sacram illam eremum incoluerunt. In Belgio, B. Agnetis Virginis, quæ in Monasterio Belliprati vitæ sanctitate & innocentiâ claruit.

D Quarto Kal. Aprílis. * Luna. 29

a b c d e f g h i k l m n p q r s
30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16
t u A B C D E F F G H M N P
17 18 19 20 21 22 23 24 24 25 26 27 28 29

APUD Africam, Natâlis Sanctórum Confessórum Armogásti, Archimími & Sátyri: * qui témpore Wandálicæ persecutiónis sub Geiserico Rege pro confessióne veritátis

multa & grávia perpéſſi ſupplícia atque oppróbria ⁊ curſum glorióſi certáminis implevérunt. [In] Civitâte Nicomediâ :* Paſſio Sanctórum Paſtóris & Victoríni. Ipſo die : * Depoſítio Sancti Euſtáſii Abbatis Monaſtérii Luxoviénſis ⁊ *a*, qui Pater fermè ſexcentórum éxtitit Monachórum : * & vitæ ſanctitáte conſpícuus etiam miráculis cláruit.

De hoc Vſuard. quarto Nonas Apr. a Luxeu.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Meminíſſe.

IN Agro Cameracenſi, B. Hugonis Monachi ; qui Pontificias dignitates fugiens Valcellas ſe recepit & ibi uſque ad mortem humilis delituit. Savigniaci in Neuſtria, B. Aymonis Monachi, qui ab adoleſcentia ſub S. Vitale miris virtutibus clarus, ſuſcepto deinde habitu Ciſtercienſi ad culmen perfectionis conſcendit. Villarii in Brabantiâ, Depoſitio B. Vvalterii Converſi ; qui ſpretis opibus & delitiis pauper pauperi Chriſto totus adhæſit. Camberone in Hannonia, Supplicatio in honorem B. V. cujus ope Monaſterium ab Hæreticis obſeſſum non ſine miraculo liberatum eſt.

30 Tértio Kal. Aprílis. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

t u A B C D E F F G H M N P

18 19 20 21 22 23 24 25 25 26 27 28 29 30

ROMÆ, viâ Appiâ, Paſſio Beâti Quiríni Tribúni & Mártyris : * qui ſub Aureliáno Imperatóre poſt linguæ abſciſſiônem & equúlei ſuſpenſiônem manuúmque ac pedum detruncatiônem ⁊ agônem martyrii gládio conſummâvit. Theſſalonícæ : * Natâlis Sancti

a Senlis. *b* S. Rieul *de quo Usuard. 9. Kal. Maii.*

Domníni. [Eódem die:*]Sancti Victóris[Mártyris.] Apud Castrum Sylvanecténsium: * *a* Depositio Sancti Réguli *b* Epíscopi & Confessóris. Item Sanctórum Aureliáni & Pastóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De adhibéndis ad consílium.

IN Claravalle, B. Raynaldi; qui ex Monacho S. Amandi, Cisterciensis factus, sub S. P. N. Bernardo virginitatem quam illibatam servaverat insigni perfectione decoravit. Ibidem, Depositio alterius item Raynaldi Conversi, virtutibus & integritate morum illustris. In Angliâ, Depositio B. Rogerii, Bellæ-Landiæ Fundatoris & Abbatis.

F Prídie Kaléndas Aprílis. * Luna. 31

a b c d e f g h i k l m n p q r s
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 26 27 28 29 30 1

THECUE in Palestínâ:*] Amos Prophétæ quem Ozias Rex Israël vecte per témpora transfixum necávit; at postea in pátriam devéctus, ibíque sepúltus est. Romæ:* S. Balbínæ Vírginis, filiæ Quiríni Mártyris; quæ post devíctum sæculi hujus cursum sepelítur viâ Apiâ juxtà patrem suum. In Africâ:* Sanctórum Diódoli, Anési, Felícis, Cornéliæ, Valériæ, Porti, & Abdæ Mártyrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quæ sint instrumenta.

Cisterciì, B. Gosvini ejusdem loci Abbatis quinti, qui eruditione & vitæ sanctimoniâ clarus, constanter Dei præceptis & consiliis adhæsit. Heisterbachi, B. Ludovici Monachi, qui omnia relinquens propter Christum, divitias, delitias, & uxorem, centuplum meruit obtinere. In Monte Cornelii ad Leodium, Depositio Venerabilis Sapientiæ, ejusdem Monasterii sanctimonialis & Priorissæ.

Advertat hîc Lector ne ob triduum Paschæ, in quo sola Regula sine Martyrologio in Capitulo legitur, erret in pronuntiatione sive Kalendarum, sive etiam Martyrologii legendi; quod Festum Paschæ solet contingere diversis diebus mensis Martii vel Aprilis, pro varietate anni, à die vigesimâ secundâ Martii usque ad vigesimam quintam Aprilis inclusivè; ideòque ubi fortè non habuerit Directorium, attendat solerter toto eo tempore quâ die Pascha notetur in Tabula anni currentis, ut Feriâ quartâ præcedenti prænuntiet Cœnam Dominicam; & Dominicâ sequenti, ipsam Paschæ solemnitatem ante Kalendas Feriæ secundæ.

APRILIS.

1 Kaléndis Aprílis. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
r s t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 27 28 29 30 1 2

ROMÆ ad Aquas Sálvias: * Dedicátio Eccléſiæ Trium Fóntium ab ipſo Sum-

mo Pontífice Honório tértio.] Item Romæ: * Pássio Beatíssimæ Theodóræ, soróris illustríssimi Mártyris Hermétis. Hæc sub Aureliáno Príncipe martyrizáta: * sepúlta est juxtà fratrem suum viâ Salária, non longè ab urbe Româ. Eódem die: * Sancti Venantii a Epíscopi & Mártyris. In Ægypto: * Sanctórum Victóris & Stéphani Mártyrum.

a S Venance en Istrie.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Obediéntiâ.

IN Bonavalle Viennensi, B. Hugonis Abbatis, qui fortiter Antipapæ Octaviano resistens, & conciliatâ pace inter Pontificem & Imperatorem ad pacem perpetuam ipse pervenit. In Germaniâ, Depositio Theodorici Monachi Heisterbacensis, qui multis laboribus pro Deo perpessis æternæ felicitatis coronam promeruit. In Monasterio Naëti in Siciliâ, Translatio Corporis B. Nicolai ejusdem loci Monachi.

A Quinto Nonas Aprílis. * Luna. 2

a b c d e f g h i k l m n p q r s

4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

t u A B C D E F F G H M N P

21 22 23 24 25 26 27 28 28 29 30 1 2 3

SANCTI Francísci de Paulâ Ordinis Minimórum Fundatóris: * quem Leo Papa décimus Sanctórum catálogo adscripsit.] Apud Cæsaréam Cappadóciæ, Pássio Sanctæ Theodósiæ Vírginis: * quæ Diocletiáni témpore ultrò se Confessóribus in custódiâ sócians, tenta & nihilóminùs in equúleo cruciáta: *

Dei virtúte pòst de vínculis, atque béstiis éruta ꝛ novíssimè martyrium cápitis abscissiône complévit. Eôdem die, Natâlis Beâti Nicétii a Lugdunénsis Epíscopi : * cujus & vita miráculis cláruit ꝛ & pretióſa mors nihilóminùs miráculis commendátur. In Palestína, * Depositio Sanctæ Maríæ Ægyptiácæ ꝛ quæ Peccátrix appellâtur.

a Saint Nisier.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Taciturnitáte.

IN Brabantiâ, B. Arnulphi Abbatis Villarienſis, qui curâ paſtorali randem depoſitâ totum ſe contemplationi dedit. In Claravalle, Depoſitio Gerardi ejuſdem Monaſterii Monachi & Portarii, egregiis virtutibus decorati. In Hiſpaniâ, Venerabilis Bernardæ Virginis & Abbatiſſæ Sancti Spiritus de Olmedo, cujus feliciſſimus obitus divinitùs fuit præoſtenſus.

3 Tértio Nonas Aprílis. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
ſ t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 29 30 1 2 3 4

IN Agro Coloniénſi, Dedicátio Beátæ Maríæ de Palúde Cómitis.] Tomis in Scythiâ : * Natâlis Sanctórum Evágrii & Benígni, [Mártyrum.] Theſſalonícæ, Paſſio Sanctárum Vírginum Agapis & Chiónii ſub Diocletiáno : * quæ primó in cárcere macerátæ ꝛ póſteà in ignem miſſæ, ſed intáctæ à flámmis : * poſt ora-

a Taormine. tiônem ad Dóminum fusam ánimas reddidérunt. Apud Tauroménium b Sicíliæ : * Beâti Branchásii a [Episcopi & Mártyris.]

b *Aliàs Panchratii*, Saint Brancace

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Humilitáte.

Villarii, Depositio B. Hermanni Conversi, qui quinquaginta annos Prophetiæ dono, vitæ austeritate, & charitatis operibus clarus, ad æternæ fælicitatis gloriam pervenit. In Lusitaniâ, B. Giomariæ Virginis & Conversæ, quæ post incredibilem vitæ rigorem, inter concentus cælestium spirituum expiravit.

C Prídie Nonas Aprílis. * Luna. 4

a b c d e f g h i k l m n p q r
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
s t u A B C D E F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 29 1 30 1 2 3 4 5

MM. MEDIOLANI, Depositio Beâti Ambrósii Episcopi & Confessóris : * cujus stúdio inter cætera doctrínæ & miraculórum insígnia ℣ témpore Arriánæ perfidiæ tota Itália ad Cathólicam fidem convérsa est. Apud c Seville. Hispalim b : * Depositio Sancti Isidóri Antístitis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Primus ítaque.

In Gallia, B. Aleydis Matris S. P. N. Bernardi, quæ multis virtutibus gloriosa, psallens quievit in Domino. Morerolæ in Hispaniâ, Depositio Gunzelini Abbatis, qui morum lenitate & innocentiæ candore institutum Cisterciense illustravit.

5 Nonis Aprílis. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
ſ t u A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 29 1 2 1 2 3 4 5 6

APUD Ægyptum, * Natâlis Sanctôrum Mártyrum Martiáni, Nicándri[a], & Apollónii. Theſſalonícæ: * Sanctæ Irénis Vírginis, quæ poſt tolerántiam cárceris, ſagíttâ percuſſa eſt à Sisínnio Cómite: * ſub quo & fóróres ejus Agapes & Chiónia martyriſátæ *b* ſunt. Apud Cæſaréam Líciæ, * Sancti Amphiáni, *c*

¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Secúndus humilitátis.

a *Aliàs Nicanoris.*

b *Aliàs martyriſaverunt*

c Saint Amfian.

IN Claravalle, B. Andreæ Fratris S.P. N. Bernardi, quem Deus in terrâ decoravit miraculis, & in cœlo gloriæ coronâ. Villarii, Depoſitio S. Julianæ Cornelienſis, quæ procurato Corporis Chriſti Feſto, exilium & varias tribulationes paſſa, ad patriam migravit. In Belgio, Venerabilis Joannæ Monialis Bellopratenſis prope Gerardi-Montem, quæ humilitate temporali gloriam æternam conſecuta eſt.

6 Octávo Idus Aprílis. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
ſ t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 1 2 3 2 3 4 5 6 7

ROMÆ, Natâlis Beâti Sixti Papæ & Mártyris: * qui témpóribus Adriáni, ut sibi Christum lucrifáceret, libénter mortem sustínuit temporálem. In Macedóniâ, * Sanctôrum Timothéi & Diógenis Mártyrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Tértius humilitátis.

IN Monte Sion Toletano, Depositio Venerabilis Martini, qui disciplinam Cistercienſem in Hiſpaniâ collapſam inſtauravit. Villarii, B Henrici Monachi; qui ardore charitatis in ſacra illa ſolitudine conſumptus eſt.

F Séptimo Idus Aprílis. * Luna. 7

a b c d e f g h i k l m n p q r
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 1 2 3 4 3 4 5 6 7 8

APUD Africam, * Natâlis Sanctôrum Epiphánii Epíscopi, Donáti, & aliôrum trédecim [Mártyrum.] Eôdem die, * Ægesíppi viri ſanctíſſimi, qui vicínus Apoſtolôrum témporum, omnes à Paſſióne Dómini uſque ad ſuam ætátem Eccleſiaſticôrum Actuum texuit hiſtorías ſermóne símplici: * ut quorum vitam ſectabátur, dicéndi quoque exprímeret caractérem. In [urbe] Alexándria: * Sancti Peleúſii Preſbyteri & Mártyris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quartus humilitátis.

HEMMENRODE in Germaniâ, B. Hermanni Monachi, qui B. Virgini ſpecialiter addictus, ab ea ſalutis nuntium certum accepit. Apud Vitriacum in Campania Galliæ, Feſtivitas S. Cloratii Confeſſoris; cujus Reliquiæ in Monaſterio Monialium S. Jacobi aſſervantur & coluntur..

8 Sexto Idus Aprílis. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 4 5 6 7 8 9

APUD Corínthum: * Beâti Dionyſii Epíſcopi: cujus eruditióne & grátiâ quam hábuit in verbo Dei, multi fruúntur uſque hódie. Cláruit autem idem Chriſti eléctus tempóribus Marci-Antoníni & Lúcii Aurélii. Turónis: * Sancti Perpétui Epíſcopi, admirándæ ſanctitâtis viri.

℣ Et álibi &c.

Lectio Reg. Quintus humilitátis.

IN Claravalle B. Guillelmi Abbatis; qui pro Eccleſiæ defenſione gloriosè in carcere quievit. In Germaniâ, B. Annæ Abbatiſſæ Agri clavium vulgò Schluſſelauve, nobilitate generis, ſanctitate vitæ & prophetiæ dono illuſtris.

9 Quinto Idus Aprílis. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
t u A B C D E F F G H M N P
28 29 1 2 3 4 5 6 5 6 7 8 9 10

NATALIS Beâti Procóri: * qui fuit unus de septem primis Diacônibus. Hic fide & miráculis præclárus: * apud Antiochíam martyrio consummátus est. Syrmii, Pássio Sanctárum septem Vírginum: * quæ dato simul prætio sánguinis, vitam mercátæ sunt ætérnam. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Sextus humilitátis.

IN Diœcesi Tolosanâ, B. Guillelmi Monachi; qui ex Dominô Montispessulani, factus Grandis-Sylvæ pauper & humilis assecla, virtutibus & miraculis claruit. Villarii, B. Arnoldi Conversi; qui humilitatem sui statûs, prophetiæ & miraculorum gloriâ illustravit.

B Quarto Idus Aprílis. * Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r s
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
t u A B C D E F F G H M N P
29 1 2 3 4 5 6 7 6 7 8 9 10 11

IN Diœcesi Lemovicénsi apud Pictávos, * Dedicátio Beátæ Maríæ de Colúmna. Eôdem die: *] Ezechiélis Prophétæ ℣ qui à Júdice Pópuli Israël, apud Babylôniam interféctus: * in Sepulchro Sem atque Arphaxad est sepúltus. Romæ: * Beatôrum Mártyrum plurimôrum ℣ quos Sanctus Alexánder Papa baptisávit cùm tenerétur in cárcere. Hos omnes Aureliánus Princeps navi vetústæ impósitos in altum mare dedúci: * & illic ligátis ad colla lapídibus mergi in profúndum maris fecit. Ale-

xándriæ: * Sancti Apollônii Presbyteri, & aliôrum quinque Mártyrum. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Séptimus humilitátis.

IN Claravalle, B Eschilli Archiepiscopi Lundensis; qui propagato Ordine in Suecia & Daniâ, renuntians Primatui illorum regnorum, exemplar Monasticæ perfectionis se præbuit in veste monasticâ. In Firmitate Cabilonensi, B Bertrandi Abbatis; qui à S. P. N. Stephano in primum Cistercii lapidem elevatus est.

11 Tértio Idus Aprílis. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r s

13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29

t u A B C D E F F G H M N P

1 2 3 4 5 6 7 8 7 8 9 10 11 12

ROMÆ, Natális Beáti Leônis Papæ: * cujus tempóribus éxtitit Sancta Synódus Chalcedonénsis. Apud Crétam, [in] urbe Gortína: * Sancti Philíppi Epíscopi; qui magnis virtútibus & óptimis stúdiis præditus fuit. Flóruit autem tempóribus Antónini Veri & Lúcii Aurélii Imperatórum. In Dalmátiâ, Civitáte Solóna: * Sancti Domniónis Epíscopi; cum milítibus octo [Mártyris.] Nicomédiæ: * Sancti Eustórgii Presbyteri. 3 Lect. & M.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Octávus humilitátis.

IN Gallia, Passio SS. Martyrum Stephani Abbatis, & Ildebrandi Conversi, ab Hæreticis Albigensibus crudeliter interfectorum. In Hispaniâ, Depositio Venerabilis Angeli; qui variis Cœnobiis præfectus, vitæ innocentiâ & zelo disciplinæ ubique claruit.

D Prídie Idus Aprílis. * Luna. 12

a b c d e f g h i k l m n p q r
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
s t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 8 9 10 11 12 13

ROMÆ, viâ Aurélià, Natâlis Beáti Júlii Papæ: * qui ſub Conſtántio Imperatóre decem ménſibus tribulatiónes & exília perpéſſus, poſt mortem ejus, cum magnâ glóriâ ad ſuam ſedem revérſus quiévit in pace. Eôdem die: * Sancti Zenónis Epíſcopi, qui inter procéllas perſecutónis Veronénſem urbem mirábiliter rexit: * ac témpore Galiéni martyrio coronátus eſt. In [urbe] a Vapíngo: * Depoſítio [Sancti] Conſtantíni Epíſcopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Nonus humilitátis.

a Gap.

EBerbaci in Germaniâ, B. Theodorici Monachi, qui mundo crucifixus mirâ pietate & morum gravitate eluxit. In Angliâ, B. Hugonis Abbatis novi Monaſterii, miraculis & prophetiæ dono illuſtris. In Daniâ, B. Erici; qui relicto ſceptro ejuſdem regni, apud Fyoniam habitum ſuſcepit & virtutibus magis quàm dignitate Regia nobilitavit.

Idibus

13 Idibus Aprílis. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
ſ t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 9 10 11 12 13 14

APUD Pérgamum Aſiæ urbem: * Natâlis Sanctôrum Carpi Epíſcopi, Papyri Diáconi & Agathónicæ óptimæ fœminæ aliarúmque multárum, quæ pro beátis confeſſiónibus martyrio coronátæ ſunt ſub Antoníno Vero & Aurélio Cómmodo: * cum quibus & vir mirábilis Juſtínus Philóſophus pro religióne Chriſto plúrimùm labórans ſcripto, remuneratiónem linguæ fidélis martyrii munus accépit. In Hiſpániâ: * Sancti Hermenegíldi, qui ob fidei Cathólicæ confeſſiónem ſecúri in cápite percúſſus: * regnum cœléſte pro terréno Rex & Martyr intrávit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Décimus humilitátis.

IN Bonavalle Viennenſi, B. Hilarii Monachi; qui duce S. Abbate Hugone viriliter cum hoſte communi pugnans, conſummatus in brevi inſignem tamen reportavit victoriam. In Agro Mechlinienſi, B. Idæ Virginis, quæ habitu ſuſcepto in Valle-Roſarum, etiam Stigmata Domini Jeſu corpori ſuo viſibiliter impreſſa portare meruit.

F Decimooctávo Kal. Maij.* Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 10 11 12 13 14 15

3. Lect. & M. ROMÆ, viâ Appiâ: * Natâlis Beatiſſimórum Mártyrum Tibúrtii, Valeriáni & Máximi ſub Almáchio Præféćto; quorum primi fúſtibus cæſi & gládio percúſſi ſunt: * últimus támdiù plumbátis eſt verberátus donec exhaláret ſpíritum. Apud Alexándriam: * Sancti Frontónis Abbátis; cujus vita ſanctitáte & miráculis éxtitit glorióſa. Interámnis: * a Beáti Próculi Mártyris. Item, Sanctæ Donninæ Vírginis: * cum ſociis virgínibus coronátæ.

a Teramo.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Undécimus humilitátis.

IN Germaniâ, B. Everhardi Abbatis de Salem; qui ſanctitate vitæ & divinis revelationibus præcipuus extitit. In Luſitaniâ, B. Joannis Monachi Claræ-vallis; qui à S. P. N. Bernardo illuc ad propagandum Ordinem miſſus vitæ puritate & zelo diſciplinæ enituit.

15 Decimoſéptimo Kal. Maii. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3
ſ t u A B C D E F F G H M N P
4 5 6 7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

APUD Pérſidem in Civitáte Córdulâ: * Natâlis Sanctórum Olympiádis & Máximi nobílium ; qui jubénte Décio fúſtibus cæſi, deinde plumbátis: * ad últimum cápita eórum ſecúribus ſunt tuſa donec emítterent ſpíritum. In Itáliâ: * Beatórum Mártyrum Eutychétis & Victoríni ; qui primò apud ínſulam Póntiam in Chriſti confeſſióne longum ducéntes exílium: * póſtmodùm ſub Príncipe Nervâ cùm convertíſſent plúrimos ad fidem ; juſſi ſunt váriis intérfici pœnis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Duodécimus humilitátis.

IN Claravalle, B. Goduini Monachi, qui ex Monaſterio Aquiscinctino ad S. Bernardum ſe conferens, ab ipſo ſanctus habitus eſt poſt obitum. In Germaniâ, S. Chriſtinæ Virginis; quæ in Monte S. Vvalburgis divinis revelationibus illuſtrata eſt. Hortæ in Hiſpaniâ, Elevatio corporis S. Martini, ejuſdem loci Abbatis & Epiſcopi Seguntini.

A Sextodécimo Kal. Maii. * Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3
r s t u A B C D E F F G H M N P
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 12 13 14 15 16 17

COENOMANIS: * Dedicátio Basílicæ Beátæ Maríæ de Pietáte. Item in Cœnóbio de Aquâ Carnoténsi: * Festívitas Sanctæ Honorátæ Vírginis & Mártyris.] Apud Corínthum: * Natâlis Sanctórum Calíxti & Caríſi cum áliis ſeptem in mare merſórum. Cæſaraugúſtæ[a]: * Natâlis Sanctôrum decem & octo Mártyrum: Quintiliáni, Caſſiáni, Matutíni, Públii, Urbáni, Martiális, Fauſti, Succéſſi, Felícis, Januárii, Primitívi, Evóti, Cæciliáni, Optáti, Frontónis, Lupérci, Apodémii, & Júlii: * [& aliôrum quatuor qui omnes Saturníni vocáti eſſe referúntur.] Hi omnes ſimul ſub Daciáno Hiſpaniárum Præſide pœnis affécti atque interémpti ſunt.

[a] Sarragoſſæ.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Officiis Divínis.

IN Claravalle, B. Guillelmi; qui ex Abbate S. Albini Andegavenſis factus Monachus S.P.N Bernardi, converſationem ſuam habuit in cœlis. Pontiguiaci, B Vvarini; qui primùm Abbas ejuſdem loci, inde ad Cathedram Bituricenſem ſublimatus, etiam in Concilio Lateranenſi, Eccleſiæ univerſali doctrinâ & merito

profuit. In Angliâ, B. Silvani Abbatis Rievallis ſanctitate & litteraturâ eximii. Hemmenrode in Germania, Tranſlatio B. Davidis Monachi.

17 Quintodécimo Kal. Maii. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6

t u A B C D E F F G H M N P

7 8 9 10 11 12 13 14 13 14 15 16 17 18

APUD Africam, Natâlis Sancti Mappálici Mártyris: * qui ut Beátus ſcribit Cypriánus in Epiſtolâ ad Mártyres & Confeſsóres; cum aliis plúribus martyrio coronátus eſt. Antiochiæ: * Sanctôrum Martyrum Petri & Diógenis. In Oriénte: * Beáti Nicéphori ſub Valeriáno & Galiéno ob Chriſti martyrium coronáti. Item Córdubæ: * Sanctôrum Mártyrum Heléi Preſbyteri, Pauli & Iſidóri Monachórum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quot Pſalmi dicéndi ſint.

VIllarii in Brabantia, B. Bernardi Monachi; qui variis infirmitatibus tanquam aurum in fornace à Domino probatus fuit. Eodem die, Canonizatio S. P. N. Stephani, tertii Ciſtercii Abbatis.

C Quartodécimo Kal. Maii. * Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
ſ t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 14 15 16 17 18 19

APUD Meſſánam Apúliæ Civitátem : * Natâlis Sanctórum Mártyrum Eleuthérii Epíſcopi & Anthiæ Matris ejus ; qui cùm eſſet & ſanctimóniâ vitæ & miraculórum vírtute illúſtris : * ſub Adriáno Príncipe léctum férreum ignítum, cratículam & ſartáginem pice ac reſínâ fervéntem ſúperans ; leónibus quoque projéctus, ſed ab his illæſus : * noviſſimè unà cum matre jugulátur. Romæ : * Beáti Apollónii Senatóris ; qui ſub Cómmodo Príncipe à ſervo próditus quod Chriſtiánus eſſet, insígne volúmen compóſuit quod in Senátu legit : * ac deinde Sententiâ Senátûs pro Chriſto cápite truncátus eſt. Córdulæ : * Sancti Perfécti Preſbyteri & Mártyris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter æſtátis témpore.

CIſtercii, B. Jacobi Abbatis vigeſimi primi ; qui auſteritate, ſollicitudine, & ſenio fractus, appoſitus eſt ad Patres ſuos. In Belgio, B. Isdebaldi Abbatis Dunenſis tertii, cujus corpus cum veſtibus illæſum nunc uſque perſeverat. Hemmenrode, B. Everhardi Converſi ; de quo, inter alia miracula, refertur, quod ollam æneam igne fractam precibus reparavit.

19 Tertiodécimo Kal. Maii.* Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r
21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7
ſ t u A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 14 15 16 15 16 17 18 19 20

BEATI Thimónis Diáconi de ſeptem primis:* qui primùm apud Berœam Doctor reſedit ℣ ac deínde Verbum Dómini diſſéminans venit Corínthum:* ibíque à Judæis & Græcis, ut tráditur, flammis injéctus ſed nihil læſus ℣ dein cruci affixus martyrium ſuum implévit. In Arméniâ Civitâte Melitána:* Natâlis Sanctórum Mártyrum Hermógenis, Gáii, Expediti, Ariſtónici, Rufi & Gálathæ, unâ die coronatórum. [In Hiſpániâ] Civitâte Caucolíberi [a]:* Paſſio Sancti Vincéntii Mártyris. In Pago Haynoénſi [b]:* Sancti Orſmari Epíſcopi & Confeſſóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio [illegible]. Quáliter Domínicis.

[a] Collioüre.
[b] Lobés en Hainault.

HEmmenrode, B. Verneri Monachi & Prioris; qui paternarum traditionum æmulator, verbo & opere cæteris anteivit. In Burgundia Biſuntinenſi, B. Burchardi Abbatis Balernæ, ac deinde Bellævallis; ad quem extat Epiſtola S. P. N. Bernardi, in qua ejus virtutes commemorat.

E Duodécimo Kal. Maii. * Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r
22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8
ſ t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 17 16 17 18 19 20 21

ROMÆ, Natális Sancti Victóris Papæ: * qui poſt Beátum Petrum tertiusdécimus rexit Eccléſiam annis decem ? & ſub Sevéro Príncipe martyrio coronátur. Item Romæ: * Sanctórum Mártyrum Sulpícii & Severiáni ? qui prædicatióne & miráculis Domitíllæ Vírginis ad fidem Chriſti convérſi: * cùm nollent Idólis immoláre, à Præfécto Urbis Aniáno cápite cæſi ſunt. In Gálliis Civitáte Ebredunénſi: * a Sancti Marcellíni, ejúſdem Urbis Epíſcopi & Confeſſóris ? qui divíno juſſu cum Sanctis Sócii Vincéntio & Domníno ex Africâ véniens, máximam partem Alpium maritimárum verbo & ſignis admirándis quibus uſque hódiè refúlget: * ad fidem Chriſti convértit. [Autiſſiodóri: * Sancti Mariáni Preſbyteri.

a Ambrun.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quómodo matutinórum.

CIſtercii, B. Vvidonis Abbatis decimiquinti; qui Ordine rectè adminiſtrato, factus primùm præſul Rhemenſis, & Cardinalis, deinde Epiſcopus Prænestinus, variis Legationibus Eccleſiæ pro-

fuit. In Claravalle, B. Joannis Epiſcopi; qui relictâ ſede Mithelenſi quam ſanctè rexerat, maluit humilis ibi vivere, quam S. Ludovici Regis Galliæ, cui carus erat, gratiâ prævalere. Schonaugiæ in Germaniâ, B. Hildegundis Virginis; quæ ementito ſexu, ibi tam virtutes præclaras & vitæ præteritæ caſus varios ſancto fine coronavit.

21 Undécimo Kal. Maii. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r
23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9
ſ t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 17 18 19 20 21 22

APUD Pérſidem, Natális Beáti Simeónis Epíſcopi & Mártyris: * qui jubénte, Sápore Perſárum Rege comprehénſus, ferróque onúſtus ꝛ cùm de Dómino Jeſu Chriſto voce liberâ & conſtantíſſimâ teſtarétur: * primùm carceráli ergaſtulo cum áliis centum ꝛ è quibus álii Epíſcopi, álii diverſórum Ordinum Clérici, macerátus: * noviſſimè cum ómnibus juſſus eſt páriter decollári. Paſſi ſunt cum eo étiam claríſſimi quidam viri, Uſtázadis, Abdélla, Ananías & Puſítius: * cum fíliâ quæ erat ſacra Virgo. Alexándriæ: * Sanctórum Aratóris Preſbyteri, Fortunáti, Felícis, Sílvii & Vitális ꝛ qui in cárcere quievérunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter privátis diébus.

PArisiis, Depoſitio B. Faſtredi Ciſtercii Abbatis: qui ab ipſo Summo Pontifice Alexandro III. inunctus obiit plenus dierum

& meritorum. Hemmenrode, B. Henrici Monachi; qui jussu Beatissimæ Virginis habitum suscipiens, sanctitate conspicuus, Christi vestigia secutus est. Lovanii in Lusitania, B. Mariæ Conversæ; quæ genibus flexis, sed oculis ac manibus in cœlum erectis, Christo sponso suo in Sacramento præsenti purissimam animam reddidit.

G Décimo Kal. Maii. * Luna. 22.

a b c d e f g h i k l m n p q r
24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9
s t u A B C D E F F G H M N P.
10 11 12 13 14 15 16 17 18 18 19 20 21 22 23

ROMÆ, viâ Appiâ, Natális Beáti Cáii Papæ: * qui cùm Eccléſiam úndecim annis, ménſibus quátuor, dies duódecim rexíſſet ꝛ martyrio coronátus eſt ſub Diocletiáno Príncipe. Apud Pérſidem: * Sanctórum Mártyrum [plurimórum] qui pro Chriſti nómine gládio juguláti ſunt ſub Rege Sápore: * in quo fídei certámine paſſus eſt Melíſius Epíſcopus, Acépſimas [quoque] Epíſcopus cum Preſbytero Jacóbo ꝛ Maréas & Bicor nihilóminùs Epíſcopi cum Cléricis ferè ducéntis quinquagínta, Mónachis étiam & ſacrátis Vírginibus plúrimis: * inter quas & [Sancti] Simeónis Epíſcopi ſoror nómine Tárbua, cum pediſſequâ ſuâ, ſerrâ ſciſſa eſt. In Civitáte a Córdulà: * Natális [Sanctórum] Parménii, Heliménæ, & Chryſotéli Preſbyterórum ꝛ Lucæ & Mútii Diaconórum: * quorum triúmphus martyrii in paſſióne Beáti Lauréntii ha-

a Cordule en Perſe.

bétur. Lugdúni: * Sancti a Epipódii qui [in] persecutióne Antoníni Veri, post illáta sibi grávia torménta ℣ martyrium cápitis abscissióne complévit. [Sénonis: * Sancti Leónis Epíscopi. a S. Ypipoi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter in Natalítiis.

CIstercii, B. Guillelmi Abbatis decimi; qui virtutum exemplo & morum integritate toti Ordini præluxit. In Lusitaniâ, B. Aldeberti Abbatis de Tarouca; qui è Claravalle illuc à S. P. N Bernardo missus, orationum efficaciâ & miraculorum gloriâ effulsit. Nepæ in Italia, B. Huberti Episcopi; qui primùm Clarævallis Monachus, jussu S. Bernardi ad eam sedem evehi se passus est.

23 Nono Kal. Maii. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
s t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 20 19 20 21 22 23 24

IN Pérside, Civitáte Dióspoli: * Pássio Sancti Geórgii Mártyris ℣ cujus gesta passiónis & si inter apócriphas connumerántur Scriptúras: * tamen illustríssimum ejus martyrium inter córonas martyrium Ecclésia Dei venerabíliter honórat. In Gállis, Civitáte Valéntiâ, Natális Sanctórum Felícis Presbyteri ℣ Fortunáti & Achíllei Diaconórum: * qui cùm máximam partem suprà dictæ Urbis ad fidem Comm. & M.

F Decimooctávo Kal. Maij.* Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 10 11 12 13 14 15

3. Lect. & M. ROMÆ, viâ Appiâ : * Natâlis Beatiſſimórum Mártyrum Tibúrtii, Valeriáni & Máximi ſub Almáchio Præféćto ; quorum primi fúſtibus cæſi & gládio percúſſi ſunt: * últimus támdiù plumbátis eſt verberátus donec exhaláret ſpíritum. Apud Alexándriam : * Sancti Frontónis Abbátis ; cujus vita ſanctitáte & miráculis éxtitit glorióſa. Interámnis : * a Beáti Próculi Mártyris. Item, Sanctæ Donninæ Vírginis: * cum ſóciis virgínibus coronátæ.

a Teramo.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Undécimus humilitátis.

IN Germaniâ, B. Everhardi Abbatis de Salem ; qui ſanctitate vitæ & divinis revelationibus præcipuus extitit. In Luſitaniâ, B. Joannis Monachi Claræ-vallis ; qui à S. P. N. Bernardo illuc ad propagandum Ordinem miſſus vitæ puritate & zelo diſciplinæ enituit.

15 Decimoséptimo Kal. Maii. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3
ſ t u A B C D E F F G H M N P
4 5 6 7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

APUD Pérſidem in Civitáte Córdulâ: * Natâlis Sanctórum Olympiádis & Máximi nobílium ; qui jubénte Décio fúſtibus cæſi, deinde plumbátis: * ad últimum cápita eórum ſecúribus ſunt tuſa donec emítterent ſpíritum. In Itáliâ: * Beatórum Mártyrum Eutychétis & Victoríni ; qui primò apud ínſulam Póntiam in Chriſti confeſſióne longum ducéntes exílium: * póſtmodùm ſub Príncipe Nervâ cùm convertíſſent plúrimos ad fidem ; juſſi ſunt váriis intérfici pœnis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Duodécimus humilitátis.

IN Claravalle, B. Goduini Monachi, qui ex Monaſterio Aquiscinctino ad S. Bernardum ſe conferens, ab ipſo ſanctus habitus eſt poſt obitum. In Germaniâ, S. Chriſtinæ Virginis; quæ in Monte S. Vvalburgis divinis revelationibus illuſtrata eſt. Hortæ in Hiſpaniâ, Elevatio corporis S. Martini, ejuſdem loci Abbatis & Epiſcopi Seguntini.

A Sextodécimo Kal. Maii. * Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3
r s t u A B C D E F F G H M N P
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 12 13 14 15 16 17

COENOMANIS: * Dedicátio Basílicæ Beátæ Maríæ de Pietáte. Item in Cœnóbio de Aquâ Carnoténsi: * Festívitas Sanctæ Honorátæ Vírginis & Mártyris.] Apud Corínthum: * Natâlis Sanctórum Calíxti & Caríſi cum áliis ſeptem in mare merſórum. Cæſaraugúſtæ[a]: * Natâlis Sanctôrum decem & octo Mártyrum: Quintiliáni, Caſſiáni, Matutíni, Públii, Urbáni, Martiális, Fauſti, Succéſſi, Felícis, Januárii, Primitívi, Evóti, Cæciliáni, Optáti, Frontónis, Lupérci, Apodémii, & Júlii: * [& aliôrum quatuor qui omnes Saturníni vocáti eſſe referúntur.] Hi omnes ſimul ſub Daciáno Hiſpaniárum Præſide pœnis affécti atque interémpti ſunt.

[a] Saragoſſæ.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Officiis Divínis.

IN Claravalle, B. Guillelmi; qui ex Abbate S. Albini Andegavenſis factus Monachus S.P.N Bernardi, converſationem ſuam habuit in cœlis. Pontigniaci, B Vvarini; qui primùm Abbas ejuſdem loci, inde ad Cathedram Bituricenſem ſublimatus, etiam in Concilio Lateranenſi, Eccleſiæ univerſali doctrinâ & merito

profuit. In Angliâ, B. Silvani Abbatis Rievallis ſanctitate & litteraturâ eximii. Hemmenrode in Germania, Tranſlatio B. Davidis Monachi.

17 Quintodécimo Kal. Maii. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6

t u A B C D E F F G H M N P

7 8 9 10 11 12 13 14 13 14 15 16 17 18

APUD Africam, Natâlis Sancti Mappálici Mártyris: * qui ut Beátus ſcribit Cypriánus in Epiſtolâ ad Mártyres & Confeſsóres; cum aliis plúribus martyrio coronátus eſt. Antiochiæ: * Sanctôrum Martyrum Petri & Diógenis. In Oriénte: * Beáti Nicéphori ſub Valeriáno & Galiéno ob Chriſti martyrium coronáti. Item Córdubæ: * Sanctôrum Mártyrum Heléi Preſbyteri, Pauli & Iſidóri Monachórum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quot Pſalmi dicéndi ſint.

VIllarii in Brabantia, B. Bernardi Monachi; qui variis infirmitatibus tanquam aurum in fornace à Domino probatus fuit. Eodem die, Canonizatio S. P. N. Stephani, tertii Ciſtercii Abbatis.

℄ Quartodécimo Kal. Maii. * Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
ſ t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 14 15 16 17 18 19

APUD Meſſánam Apúliæ Civitátem: * Natâlis Sanctórum Mártyrum Eleuthérii Epíſcopi & Anthiæ Matris ejus ; qui cùm eſſet & ſanctimóniâ vitæ & miraculórum vírtute illúſtris: * ſub Adriáno Príncipe léctum férreum ignítum, cratículam & ſartáginem pice ac reſín' fervéntem ſúperans ; leónibus quoque projéctus, ſed ab his illæſus: * novíſſimè unà cum matre jugulátur. Romæ: * Beáti Apollónii Senatóris ; qui ſub Cómmodo Príncipe à ſervo próditus quod Chriſtiánus eſſet, insígne volúmen compóſuit quod in Senátu legit: * ac deinde Sententiâ Senátûs pro Chriſto cápite truncátus eſt. Córdulæ: * Sancti Perfécti Preſbyteri & Mártyris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter æſtátis témpore.

CIſtercii, B. Jacobi Abbatis vigeſimi primi; qui auſteritate, ſollicitudine, & ſenio fractus, appoſitus eſt ad Patres ſuos. In Belgio, B. Isdebaldi Abbatis Dunenſis tertii, cujus corpus cum veſtibus illæſum nunc uſque perſeverat. Hemmenrode, B. Everhardi Converſi; de quo, inter alia miracula, refertur, quod ollam æneam igne fractam precibus reparavit.

19 Tertiodécimo Kal. Maii.* Luna. D.

a b c d e f g h i k l m n p q r
21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7
ſ t u A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 14 15 16 15 16 17 18 19 20

BEATI Thimónis Diáconi de ſeptem primis:* qui primùm apud Beroeam Doctor reſédit ℣ ac deínde Verbum Dómini diſſéminans venit Corínthum:* ibíque à Judæis & Græcis, ut tráditur, flammis injéctus ſed nihil læſus ℣ dein cruci affixus martyrium ſuum implévit. In Arméniâ Civitâte Melitána:* Natâlis Sanctórum Mártyrum Hermógenis, Gáii, Expedíti, Ariſtónici, Rufi & Gálathæ, unâ die coronatórum. [In Hiſpániâ] Civitâte Caucolíberi [a]:* Paſſio Sancti Vincéntii Mártyris. In Pago Haynoénſi [b]:* Sancti Orſmari Epíſcopi & Confeſſóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio 1. Quáliter Domínicis.

[a] Collioüre.
[b] Lobés en Hainault.

HEmmenrode, B. Verneri Monachi & Prioris; qui paternarum traditionum æmulator, verbo & opere cæteris anteivit. In Burgundia Biſuntinenſi, B. Burchardi Abbatis Balernæ, ac deinde Bellævallis; ad quem extat Epiſtola S. P. N. Bernardi, in qua ejus virtutes commemorat.

E Duodécimo Kal. Maii. * Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r
22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8
ſ t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 17 16 17 18 19 20 21

ROMÆ, Natális Sancti Victóris Papæ: * qui poſt Beátum Petrum tertiusdécimus rexit Eccléſiam annis decem ; & ſub Sevéro Príncipe martyrio coronátur. Item Romæ: * Sanctórum Mártyrum Sulpícii & Severiáni ; qui prædicatióne & miráculis Domitíllæ Vírginis ad fidem Chriſti convérſi: * cùm nollent Idólis immoláre, à Præfécto Urbis Aniáno cápite cæſi ſunt. In Gálliis Civitáte Ebredunénſi: * a Sancti Marcellíni, ejúſdem Urbis Epíſcopi & Confeſſóris ; qui divíno juſſu cum Sanctis Sócii Vincéntio & Domníno ex Africâ véniens, máximam partem Alpium maritimárum verbo & ſignis admirándis quibus uſque hódiè refúlget: * ad fidem Chriſti convértit. [Autiſſiodóri: * Sancti Mariáni Preſbyteri.

a Ambrun.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quómodo matutinórum.

CIſtercii, B. Vvidonis Abbatis decimiquinti; qui Ordine rectè adminiſtrato, factus primùm præſul Rhemenſis, & Cardinalis, deinde Epiſcopus Prænestinus, variis Legationibus Eccleſiæ pro-

fuit. In Claravalle, B. Joannis Episcopi; qui relictâ sede Michelensi quam sanctè rexerat, maluit humilis ibi vivere, quam S. Ludovici Regis Galliæ, cui carus erat, gratiâ prævalere. Schonaugiæ in Germaniâ, B. Hildegundis Virginis; quæ omni sexu, ibi virtutes præclaras & vitæ præteritæ casus varios sancto fine coronavit.

21 Undécimo Kal. Maii. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r
23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9
s t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 17 18 19 20 21 22

APUD Pérsidem, Natális Beáti Simeónis Episcopi & Mártyris: * qui jubénte, Sápore Persárum Rege comprehénsus, ferróque onústus, cùm de Dómino Jesu Christo voce líberâ & constantíssimâ testarétur: * primùm carceráli ergastulo cum áliis centum; è quibus álii Episcopi, álii diversórum Ordinum Clérici, macerátus: * novíssimè cum ómnibus jussus est páriter decollári. Passi sunt cum eo étiam claríssimi quidam viri, Ustázadis, Abdélla, Ananías & Pusítius: * cum fíliâ quæ erat sacra Virgo. Alexándriæ: * Sanctórum Aratóris Presbyteri, Fortunáti, Felícis, Sílvii & Vitális; qui in cárcere quievérunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter privátis diébus.

PArisiis, Depositio B. Fastredi Cistercii Abbatis: qui ab ipso Summo Pontifice Alexandro III. inunctus obiit plenus dierum

& meritorum. Hemmenrode, B. Henrici Monachi; qui jussu Beatissimæ Virginis habitum suscipiens, sanctitate conspicuus, Christi vestigia secutus est. Lorvanii in Lusitania, B. Mariæ Conversæ; quæ genibus flexis, sed oculis ac manibus in cœlum erectis, Christo sponso suo in Sacramento præsenti purissimam animam reddidit.

G Décimo Kal. Maii. * Luna. 22.

a b c d e f g h i k l m n p q r
24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9
s t u A B C D E F F G H M N P.
10 11 12 13 14 15 16 17 18 18 19 20 21 22 23

ROMÆ, viâ Appiâ, Natális Beáti Cáii Papæ: * qui cùm Eccléſiam úndecim annis, ménſibus quátuor, dies duódecim rexíſſet ꝛ martyrio coronátus eſt ſub Diocletiáno Príncipe. Apud Pérſidem: * Sanctórum Mártyrum [plurimórum] qui pro Chriſti nómine gládio juguláti ſunt ſub Rege Sápore: * in quo fídei certámine paſſus eſt Melíſius Epíſcopus, Acépſimas [quoque] Epíſcopus cum Preſbytero Jacóbo ꝛ Maréas & Bicor nihilóminùs Epíſcopi cum Cléricis ferè ducéntis quinquagínta, Mónachis étiam & ſacrátis Vírginibus plúrimis: * inter quas & [Sancti] Simeónis Epíſcopi ſoror nómine Tárbua, cum pediſſequâ ſuâ, ſerrâ ſciſſa eſt. In Civitáte Córdulà: * Natális [Sanctórum] Parménii, Heliménæ, & Chryſotéli Preſbyterórum ꝛ Lucæ & Mútii Diaconórum: * quorum triúmphus martyrii in paſſióne Beáti Laurentii ha-

* Cordule en Perſe.

bétur. Lugdúni: * Sancti a Epipódii qui [in] persecutióne Antoníni Veri, post illáta sibi grávia torménta ℣ martyrium cápitis abscissióne complévit. [Sénonis: * Sancti Leónis Epíscopi. a S. Ypipoi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter in Natalítiis.

CIstercii, B. Guillelmi Abbatis decimi; qui virtutum exemplo & morum integritate toti Ordini præluxit. In Lusitaniâ, B. Aldeberti Abbatis de Tarouca; qui è Claravalle illuc à S. P. N Bernardo missus, orationum efficaciâ & miraculorum gloriâ effulsit. Nepæ in Italia, B. Huberti Episcopi; qui primùm Clarævallis Monachus, jussu S. Bernardi ad eam sedem evehi se passus est.

23 Nono Kal. Maii. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
s t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 20 19 20 21 22 23 24

IN Pérside, Civitáte Dióspoli: * Pássio Sancti Geórgii Mártyris ℣ cujus gesta passiónis & si inter apócriphas connumerántur Scriptúras: * tamen illustríssimum ejus martyrium inter córonas martyrium Ecclésia Dei venerabíliter honórat. In Gálliis, Civitáte Valéntiâ, Natális Sanctórum Felícis Presbyteri ℣ Fortunáti & Achíllei Diaconórum: * qui cùm máximam partem suprà dictæ Urbis ad fidem Comm. & M.

Christi convertíssent ; à Duce Cornélio in cárcerem trusi sunt : * dein diutíssimè verberáti, cruribúsque confráctis circa rotárum vertíginem astricti ; fumum quoque in equúlei suspensióne perpéssi : * ad extrémum gládio consummáti sunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quibus tempóribus dicátur, *Allelúia.*

IN Territorio Rhemensi, B. Gerardi : qui ex Abbate Florinensi factus Signiaci Monachus, obediens fuit etiam post mortem. In Monastério Trium Fontium Cathalaunensi, B. Rogerii Abbatis primi, & titulo sanctitatis celeberrimi.

B Octávo Kal. Maii. * Luna. 24

a b c d e f g h i k l m n p q r
26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
s t u A B C D E F F G H M N P
13 14 15 16 17 18 19 20 21 20 21 22 23 24 25

IN Babylóniâ : * trium puerórum] Sidrach, Misach & Abdenágo. Lúgduni, Natális Sancti Alexándri Mártyris : * qui persecutióne Antoníni Veri post cárceris custódiam ; primò ita laniátus est crudelitáte verberántium ut crate solútâ costárum, patefáctis viscéribus, interióra córporis panderéntur : * dein crucis affixus patíbulo beátum spíritum exanimátus émisit. Passi sunt cum eo & álii número tri-

gínta quátuor. Eôdem die, Depósitio Sancti Mellíti *a* Epíscopi & Confessóris in Británnia *b*: * illuc à Sancto Gregório missi. Item, in Civitáte *c* Elibérri: * Sancti Gregórii Epíscopi & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter divína ópera.

a S. Melite.
b Cantorbie.
c Elvire en Grenade.

IN veteri Monte Colonienſi, B Brunonis Archiepiſcopi: qui abdicato Pontificatu & habitu illic ſuſcepto, nobilior fuit humilitate quàm dignitate & natalitiis illuſtribus. Item in Territorio Colonienſi, B Elizabeth Virginis: quæ Chriſto ſponſo ſuo placere ſtudens, fructum dedit in tempore ſuo. In Claravalle, B. Honorati Converſi; qui interdiù laboribus abjectiſſimis deditus, noctes in altiſſima contemplatione duxit inſomnes.

25 Séptimo Kal. Maii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
ſ t u A B C D E F F G H M N P
14 15 16 17 18 19 20 21 22 21 22 23 24 25 26

ROMÆ: * Litánia major ad Sanctum Petrum. Apud Alexándriam: * Natális Beáti Marci Evangelístæ. Hic discípulus & intérpres Apóstoli Petri rogátus Romæ à Frátribus scripsit Evangélium: * quo assúmpto perréxit Ægyptum: primúsque illic Christum annúntians Alexandrínam constítuit Eccléſiam: * ac póstea pro fide Christi tentus & gráviter afflíctus: primò Angélicâ visitatióne

Proceſſ. MM. maj.

confortátus: * deínde ipſo Dómino apparénte ad cæléſtia regna vocátus eſt. Mórtuus eſt autem octávo Nerónis anno. [In] Civitáte Syracúsâ: * Sanctórum Evódii & Hermogénis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quanti Pſalmi.

A Venione in Gallia, Depoſitio Benedicti Papæ XII. qui retento habitu & moribus Ordinis in quo educatus fuerat, doctrinâ, virtutibus & miraculis profuit Eccleſiæ. Villarii in Brabantia, B. Joannis Converſi; qui mundo crucifixus jugi contemplatione cæleſtibus inhiabat.

D Sexto Kal. Maii. * Luna. 26

a b c d e f g h i k l m n p q r
28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
ſ t u A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 22 23 22 23 24 25 26 27

℣. Lect. & M. NATALIS Sanctæ Franchæ Vírginis: * quæ à Moniálibus nigris primùm educáta ℣ ſuſcépto deíndè hábitu Ciſterciénſi, Mater plurimárum Vírginum effécta eſt: * & miráculis clara número Sanctórum adſcripta fuit] Romæ, Natális Sancti Anencléti a Papæ: * qui ſecúndus poſt Apóſtolum Petrum cùm rexíſſet Eccléſiam annis duódecim ℣ perſecutióne Daciáni martyrio coronátus eſt. Item Romæ: * Sancti Marcellíni Papæ ℣ qui cùm Eccléſiam novem annis & ménſibus quátuor rexíſſet; à Diocletiáno pro fide Chriſti cum

a S. Clete

Cláudio, Cyríno & Antoníno, cápite truncátus est : * quo témpore fuit magna persecútio ; ita ut intrà unum mensem decem & septem míllia martyrio coronaréntur. In Pago Pontívo [a] [Monastério Céntulâ : *] Sancti Richárii Presbyteri & Confessóris.

[a] S Riquier.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quo órdine Psalmi.

VAlentiæ Allobrogum, S. Joannis Episcopi ; qui visione cælesti conversus, Cistercii didicit virtutes quas postea Abbas Bonævallis Viennensis, & Pontifex Valentinus exercuit. In Claravalle, B. Gerardi Monachi, qui renunciavit Abbatiæ Longipontis quam strenuè administraverat, ut S. Bernardi personæ & vestigiis arctiùs adhæreret. In Frisiâ, B. Richardi Monachi ; qui ex nobili Magistro humilis discipulus inter Ascetas Advertenses ad Groningam effectus, exemplo suo magis profuit Scholasticis qui eum secuti sunt, quàm doctrinâ.

27 Quinto Kal. Maii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
s t u A B C D E F F G H M N P
16 17 18 19 20 21 22 23 24 23 24 25 26 27 28

ROMÆ, Depositio Beáti Anastásii Papæ : * de quo Sanctus Hierónymus venerábili testátur elóquio ; quod ejus vitâ diutúrnâ mundus imméritus sit frui. Apud Nicomédiam : * Natális Sancti Anthimi Episcopi & Mártyris ; qui persecutióne Diocletiáni ob Confessiónem Christi, ut in Historiâ Eccle-

siásticâ descriptum est : * martyrii glóriam cápitis obtruncatióne accépit. Secúta est quoque illum univérsa penè gregis sui multitúdo per eándem martyrii viam : * quorum álios judex gládio obtruncári ? álios ígnibus concremári : * álios navículis impósitos pélago immérgi fecit. [In Urbe] Tharso Cilíciæ : * Sancti Castóris [Mártyris.] Eódem die : * Sancti Stéphani Epíscopi & Mártyris.

℣ Et alibi, &c.

Lect. Reg. De disciplína psalléndi.

IN Territorio Lemovicensi. S. Stephani Obazinæ Abbatis & Fundatoris ; qui plurimorum Monasteriorum Pater effectus, licet austeritate vitæ & aliis virtutibus fulgeret : tamen consilio Carthusianorum quò magis proficeret, se suosque subjecit Cisterciensibus Fusniaci apud Laudunenses, B. Raynaldi Abbatis ; quem quanti fecerit S.P.N.Bernardus in Epistola 72. demonstrat.

F Quarto Kal. Maii. * Luna. 28

a b c d e f g h i k l m n p q r
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16
ſ t u A B C D E F F G H M N P
17 18 19 20 21 22 23 24 25 24 25 26 27 28 29

Comm. & M. APUD Ravénnam, Natális Sancti Vitális Mártyris : * qui cùm corpus Beáti Ursícini sublátum honestáte débitâ sepelísset ? tentus à Paulíno Consulári, post equúlei torménta jussus est depóni in fóveam profúndam & terrâ ac lapídibus óbrui : * talíque martyrio migrávit

migrávit ad Christum. Alexándriæ: * Sanctæ Theodóræ Vírginis; quæ sacrificáre contémnens, cùm esset in lupânar trádita, repéntè quidam ex frátribus nómine Dídymus miro Dei favóre eam erípuit: * ac póstea cum eâ percússus simul coronâtus est. Eódem die: * Sanctórum Aphrodísii, Charilíppi, Agápii & Eusébii Mártyrum. In Pannónia: * Sancti Polliónis Mártyris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De reveréntia Oratiónis.

CAntuariæ in Angliâ, B. Stephani Episcopi; qui exul pro Ecclesia, exemplo decessorum suorum Pontigniacum veniens; habitum Ordinis suscepit; & propriis virtutibus magis illustravit quam purpurâ quâ etiam à Summo Pontifice fuit ornatus. In Lusitaniâ, B. Bernardi Abbatis de Tarouca; qui à S. P. N. Bernardo illuc è Claravalle Monachus missus, verbo, opere & miraculis claruit. Romæ, Depositio Venerabilis Joannis Abbatis Fulienſis, Congregationis hujus nominis Institutoris. Eodem die, Alphonsus primus Lusitanorum quondam Rex regnum suum infeodavit Cœnobio Claræ-vallis.

29 Tertio Kal. Maii. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r s
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 27 26 27 28 29 1

SOLEMNITAS Sancti Patris nostri Roberti Cistércii Abbátis & Fundatóris: * *Mai. maj.*

qui jactis Ordinis fundaméntis, compúlsus authoritáte Urbáni secúndi redíre Molísmum ; ibídem clarus miráculis quiévit duodécimo Kaléndas Martii. In Agro Rheménsi: * Dedicátio Eccléſiæ Sanctæ Maríæ de Eſlántio.] Apud Paphum: * Sancti Tychici Diáconi Discipuli Beáti Pauli ; cujus méminit in ſuis Epístolis idem Apóſtolus: * pronúntians eum, fratrem charíſſimum ac conſérvum ſuum in Dómino. In Numídiâ apud Cirthénſem colóniam: * Natâlis Sanctórum Mártyrum Agápii & Secundíni Epiſcopórum ; qui perſecutióne Valeriáni poſt longum exílium apud præfátam urbem in quâ tunc máximè gentílium rábies ad tentándam juſtórum fidem inhiábat: * ex illúſtri Sacerdótio effécti ſunt Mártyres glorióſi. Paſſi ſunt in eórum collégio Emiliánus miles, Tertúlla & Antónia ſacræ Vírgines: * & quædam múlier cum ſuis géminis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Decámis.

IN Claravalle, B. Roberti Abbatis; qui S. P. N. Bernardo ſucceſſit. Caroliloci in Gallia, Depoſitio Venerabilis Andreæ primi Abbatis, vitæ integritate & innocentiâ commendati. In Monaſterio Trium Fontium Cathalaunenſi, Tranſlatio S. Huberti Epiſcopi Trajectenſis.

A Prídie Kal. Maii. * Luna. 30

a b c d e f g h i k l m n p q
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 26 27 28 29 1 2

IN Agro Mediolanénſi, Natâlis Sancti Petri Mártyris Ordinis Prædicatórum : * qui in ódium fídei quam propugnábat ? ab hærético Manichæo occíſus eſt. In Diœceſi Auguſtodunénſi : * Dedicátio Eccléſiæ de Buſſéria. Item Dedicátio Eccléſiæ Malbrunénſis : * in Território Spirénſi.] Apud Lambeſitánam urbem , Natâlis Sanctórum Mártyrum Mariáni Lectóris, & Jacóbi Diáconi : * quorum prior cùm jam pridem infeſtatiónes Deciánæ perſecutiónis in confeſſióne Chriſti evicíſſet ? íterùm cum claríſſimo collégâ tentus eſt : * deíndè poſt dira & exquisíta ſupplícia divínis revelatiónibus mirabíliter confortáti atque alleváti ? noviſſimè cum multis áliis gládio conſummáti ſunt. [Apud] Sántonas : * Beáti Eutrópii Mártyris ? quem Sanctus Clemens pontificális órdinis grátiâ conſecrátum diréxit in Gálliam : * peractâque prædicatióne , ob Chriſti teſtimónium illíſo cápite victor occúbuit. 3 Lect. & M.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quómodo dormiánt.

S. Avigniaci in Neustriâ, B. Aymonis Monachi, & Translatio corporis ejusdem ac SS. Abbatum Vitalis & Gaudefridi, Petri Monachi, & Guillelmi Novitii. In Hispania, Venerabilis Ambrosii virtutibus & revelationibus insignis. In finibus Galliæ Cathalaunensis, B. Hoildis Virginis: quæ in Monasterio vitam Angelicam duxit. Apud Brolium Benedicti, Diœcesis Ebroicensis, Solemnitas Sancti Eutropii Episcopi Sanctonensis & Martyris.

MAIUS.

B Kaléndis Maii. * Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r s

4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

t u A B C D E F F G H M N P

21 22 23 24 25 26 27 28 27 28½ 29 1 2 3

MM. maj. NATALIS Beatórum Apostolórum Philíppi & Jacóbi: * ex quibus Philíppus postquàm totam penè Scythiam ad fidem Christi convertísset ℣ apud Hierápolim Asiæ civitátem glorióso fine quiévit: * Jacóbus verò qui & frater Dómini légitur ℣ juxtà templum Jerosolymitánum, ubi & præcipitátus fúerat, sepúltus est. In Gálliis, Território Vivariénsi: * Beáti Andéoli Subdiáconi ℣ quem misit ab Oriénte Sanctus Polycárpus unà cum áliis ad prædicándum verbum Dei in Gálliam: * cujus prædicatióne Imperátor Severus compérta ℣ spinósis fústibus crudelíssimè flagellátum in cárcerem trudi præcépit: * & sic demùm ense lígneo, in crucis modum caput ejus scin-

di. Apud civitátem Auscium: * *a* Sancti Orién- *a* Auſch.
tis *b* Epíscopi ℣ qui virtútibus ornátus sancto *b* Saint
fine quievísse scríbitur. In civitáte Sedunén- Orens.
si: * *c* Natális [Sancti] Sigismúndi Regis. Au- *c* Syon
tissiodóri: * Sancti Amatóris Epíscopi & Con- en Vallés.
fessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De excommunicatióne culpárum.

ROmæ, B. Bernardi Cardinalis; qui in sacro Patrum purpuratorum cœtu eandem, quam in Claravalle Monachus, sectatus humilitatem & paupertatem, manus suas excussit ab omni munere. Rameyæ in Belgio, B. Sapientiæ ejusdem Monasterii Monialis; quæ aquâ sapientiæ salutaris potata est.

2 Sexto Nonas Maii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
s t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 28 29 1 2 3 4

NATALIS Sancti Patris nostri Athanásii Alexandrínæ urbis Epíscopi & Confessóris: * in cujus persecutiónem univérsus penè conjurávit orbis ℣ & commóti sunt Príncipes terræ, gentes, regna & exércitus coiérunt advérsùs eum: * multáque perpéssus Arianórum insídiis, toto orbe prófugus ágitur ℣ nec ei ullus tutus supérerat locus dum ad investigándum eum omnes moveréntur. Móritur autem quadragésimo & sexto anno Sacerdótii sui, *3. Lect. & M.*

post multos agónes, multásque patiéntias: * témpore Valentiniáni & Valéntis. Eódem die: * Sanctórum Saturníni & Neópolis, qui in cárcere requievérunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Qualis débeat esse modus.

IN Hibernia, Venerabilis Candidi Monachi; qui Nucalæ in Hispaniâ susceptо habitu, reversus ad suos Hibernenses, pietatem quam illic didicerat dissêminavit, & postquàm innumerabiles filios Christo genuit, obiit clarus miraculis & prophetiæ dono. In Lusitaniâ, B. Mafaldæ apud Sanctum Petrum de Arouca Monialis; quæ legitimè relicto sponso suo Rege Castellæ, ad cœlos peregit iter arduum.

D Quinto Nonas Maii. * Luna. 3

a b c d e f g h i k l m n p q r
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
s t u A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 29 30 29 1 2 3 4 5

MM. maj. HIEROSOLYMIS: * Invéntio Sanctæ Crucis ab Helénâ Regínâ sub Constantíno Príncipe. Romæ viâ Numentánâ: * Passio Sancti Alexándri Papæ, Evéntii & Theóduli Presbyterórum sub Adriáno Príncipe; quorum primus post víncula & cárceres, equúleum, úngulas & ignes, punctis crebérrimis per tota membra perémptus est: * sequéntes [verò] post longam cárceris sustinéntiam, ignibus examináti; ad últimum decolláti sunt. Ipso

die: * Sancti Juvenális Epíscopi & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De gravióribus.

MEilrosæ in Scotia, S. Vvalleni Abbatis; qui regio Patris sui Davidis Sceptro & dignitatibus Ecclesiasticis valedicens, humilitate meruit à Deo exaltari, & ab Ecclesia ob miracula Sanctorum numero ascribi. Fusniaci, B. Alexandri Conversi; qui paterno item Scotiæ Sceptro relicto, in Galliam ignotus aufugit & in eo Cœnobio latuit bestiis ministrans & cum Angelis conversationem habens. Brugis in Belgio, Translatio B. Ildesbaldi Abbatis Dunarum tertii.

4 Quarto Nonas Maii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r

7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

ſ t u A B C D E F F G H M N P

23 24 25 26 27 28 29 30 1 1 2 3 4 5 6

APUD Ostia Tiberína, Natâlis Sanctæ Monícæ Víduæ: * cujus vita admiránda ex nono Confessiónis libro Sancti Augustíni collígitur. In Palestínâ, civitâte Gazâ: * Natâlis Beâti Sylváni ejúsdem urbis Epíscopi; qui persecutióne Diocletiáni cum plúrimis Clericórum suórum martyrio coronâtus est. Hierosólymis: * Passio Sancti Quiríaci Epíscopi sub Juliáno Imperatóre. In Metállo [Palestínæ] *a* Fanénsi: * Sanctórum Mártyrum quadragínta qui símul cápite sunt cæsi. Nicomédiæ, Natâlis Sanctæ Antóniæ Mártyris: * quæ nímiùm torta & váriis cruciátibus afflícta; uno *Comm.*

a Les Mines de Fennes.

brachio tribus diebus suspénsa & in cárcere biennio retrúsa: * ad últimum in confessióne Dómini flammis exústa est. In Nórico Ripénsi: * *b* Sancti Floriáni qui Præsidis Aquiémi jussu, ligáto ad collum saxo in Flumen *c* Anísi præcipitatus est. Autissiodóri. * Sancti Curcodémi Diáconi.

b Hunsrunix en Autriche. *c* Ens.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui sine jussióne.

IN Hispaniâ, B. Didaci; qui Valli Paradisi donatus, humilitatis & simplicitatis suæ merito factus est formidabilis dæmonibus & hominibus venerabilis. In Parco Lovaniensi Dominarum, B Catharinæ Virginis; quæ licet genere Judæa, Sanctæ Deiparæ sic addicta est ut ad sequenda illius & S. Catharinæ Martyris vestigia, velo suscepto nupserit Christo Domino. In Agro Leodiensi, Elevatio B. Vverrici Prioris & sociorum Monachorum Alnensium.

℣ Tértio Nonas Maii. * Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
s t u A B C D E F G H M N P.
24 25 26 27 28 29 30 1 2 2 3 4 5 6 7

g. Lect. & M.

SAGUNTI in Hispániâ: * Sancti Martíni Epíscopi; qui ex Abbáte Horténsi ad eam dignitátem evectus tantum méruit à Dómino: * ut post óbitum etiam ab Angelo ejus solémnitas ad hanc diem indícta sit sub nómine Sancti Sacerdótis. In Território Andegavénsi: * Dedicátio Eccléstæ de Oratório.]

Apud Alexándriam : * Sancti Euthímii Diáconi in cárcere quiescéntis. Thessalonícæ : * Natâlis Sanctórum Hyrenéi, Peregríni, & Hyrénis, ignibus combustórum. In Gálliis civitáte Arelaténsi: * Beâti Hilárii Epíscopi & Confessóris ℣ præclaríssimi viri & nobilíssimi. Item Viénnæ: * Sancti *a* Nicétii Epíscopi, venerábilis sanctitâtis viri. Autisiodóri: * Pássio Sancti Joviniáni Lectóris & Mártyris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter sollícitus.

a Saint Nisier.

IN Galliâ, Passio plurimorum Sanctorum Monachorum ab hæreticis in odium fidei interfectorum. In Valle Ducis Lovaniensi, B. Aleydis Abbatissæ; quæ verbo & exemplo plures secum Virgines adduxit ad Regem Christum.

6 Prídie Nonas Maii. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

BEATI Joánnis Apóstoli: * quando ab Epheso jussu Domitiáni Romam perdúctus ℣ & præsénte Senátu ante Portam Latínam in ólei fervéntis dólium missus est, sed mínimè læsus: * ubi festum eódem die concúrsum fidéles pópuli usque hódiè fáciunt. Antiochíæ: * Sancti Evódii, qui, ut Beâtus Ignátius scribit ℣ primus ibídem Epíscopus ab Apó-

12. r. & M.

ſtolis ordinâtus eſt. Hic glorióſo martyrio apud eandem urbem vitam finívit. Item Sancti Lúcii Cyrenénſis, qui apud Cyrénen primus Epíſcopus à Sanctis Apóſtolis inſtitútus eſt: * quem in Actibus Apoſtolórum Beâtus Lucas commémorat. In Africâ: * Sanctórum Mártyrum Heliodóri & Venúſti cum áliis ſeptuagínta quinque.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui ſæpiùs corrécti.

IN Hannoniâ, B. Hentici Epiſcopi; qui habitu ſuſcepto Camberonæ reliquum vitæ ſuæ religioſiſſimè peregit. In Oſtrogothia, B. Petri, Prioris de Alvaſtrâ; qui foris & intùs Monaſterium, pari pietate, diſciplinâ & auſteritate ſemper ſe habuit.

A Nonis Maii. * Luna. 7

a b c d e f g h i k l m n p q
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

3. Lect. & M. CRACOVIÆ in Polóniâ, Natâlis Sancti Staníſlai Epiſcopi & Mártyris: * qui ab ímpio Rege Boleſláo interémptus eſt.] Apud Terracínam Campániæ urbem: * Natâlis Beâtæ Fláviæ Domitíllæ Vírginis & Mártyris; quæ cùm eſſet Flávii Cónſulis ex ſoróre neptis & à Sancto Cleménte ſacro velámine conſecráta: * perſecutióne Domitiáni cum áliis plúrimis in ínſulam Póntiam exílio deportáta lon-

gum martyrium duxit ; novíſſimè cùm doctrínâ ac miráculis convertíſſet plúrimos ad fidem Dómini: * incénſo cubículo à quodam júdice, in quo ſimul cum ſuis convirgínibus Eufroſínâ vidélicet & Theodórâ, clauſa morabátur ; curſum glorióſi martyrii ſui conſummávit. Eódem die: * Sancti Juvenális Mártyris. Nicómédiæ: * Páſſio Sanctórum Flávii, Augúſti & Auguſtíni fratrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si débeant íterùm récipi.

IN Agro Neuſtriæ Sagienſi, B. Adæ de Trappâ Abbatis; qui ex nobili humilis & ex divite pauper pro Chriſto factus, gratiâ ſanctitatis & miraculorum meruit exaltari. Argenſolii in Campania Galliæ, Venerabilis Euphroſynæ Abbatiſſæ; quæ magna cum laude convirginibus ſuis præfuit. Eodem die, Elevatio corporis S. Guillelmi Epiſcopi Bituricenſis, quem cæleſti viſione admonitus Honorius tertius Sanctorum catalogo adſcripſit.

8 Octávo Idus Maii. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
t u A B C D E F F G H M N P
28 29 30 1 2 3 4 5 5 6 7 8 9 10

IN fínibus Apúliæ, Monte Gargáno apud Sipóntum civitátem: * Apparítio Beáti Michaélis Archángeli. Medioláni: * Sancti Victóris Mártyris ; qui à primævâ ætáte Chriſtiánus, cùm eſſet in caſtris imperiálibus miles: * compellénte Maximiáno ut ſacrificáret, in confeſ- 3. Lect. & M.

fióne Dómini fortíſſimè perſevérans ; primò gráviter fúſtibus cæſus, ſed Deo protegénte dolóris expers : * deínde liquánti plumbo perfúſus, ſed nihil pénitùs læſus ; noviſſimè glorióſi martyrii curſum cápitis abſciſſióne complévit. Apud Ægyptum. * Sanctórum Stéphani & Victóris. [Item Sancti Helládii Epíſcopi.]

℣ Et álibi &c.

Lectio Reg. De Púeris.

IN Claravalle, B. Gualterii, Converſi, qui vitæ innocentiâ, & charitate, cæleſtibus etiam viſionibus illuſtris quievit in pace.

C Séptimo Idus Maii * Luna. 9

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
t u A B C D E F F G H M N P
29 30 1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

3. Leſſ. & M. APUD Naziánzi óppidum, Natális Beáti Gregórii Epíſcopi, cognoménto Theólogi : * qui poſt multa documénta in locum ſui, ut [Sanctus] Hierónimus ab eódem in divínis libris inſtrúctus pérhibet, Epíſcopum órdinans ; ruri vitam Mónachi exércuit. Romæ : * Sancti Hermæ, cujus Apóſtolus Paulus ad Romános ſcribens méminit. Hic dignè ſemetípſum Deo ſacrificans, acceptabilíſque hóſtia factus : * virtútibus clarificátus cœli regna petívit. In Pérſide : * Sanctórum Már-

tyrum trecentórum decem. [In] Castro *a* Vindocíno :* Sancti *b* Beáti Confessóris. Constantinópoli: * Festívitas Beáti Andréæ Apóstoli ; quando sacratíssimum ejus corpus una cum óssibus Sanctórum Lucæ Evangelístæ, & Timothéi Discípuli Sancti Pauli sub Constantíno Imperatóre [in eam urbem] translátum est.

a Vendosme. *b* S. Bié.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Rcg. De Cellerário.

IN Lusitaniâ, B. Petri Monachi; qui licet juxta S. Bernardi prophetiam, habitum sacræ Virginí addictus & abjectis operibus humilis laicus usque ad mortem perseveravit. Petri Conversi; qui absque litteratura introivit

nsi Regis Frater, pacíæ suscipiens, litus, sobrius & laravalle, B. Petientias & potentias Domini.

10 Sexto Idus Maii. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n o p q r s
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

NATÁLIS Sancti Petri Epíscopi: * qui ex Abbáte Stamediénsi ad Cathédram Tarentasiénsem eléctus, jussu Capítuli Generális Ordinis, onus Pontificále subíre coáctus est: * & glorióssus virtútibus, operibus & miráculis totâ Gállià peráctis, in Monastério Bellævállis Bisuntinénsis óbiit décimo octávo Ka- MM.

S Avigniaci in Neustriâ, B. Aymonis Monachi, & Translatio corporis ejusdem ac SS. Abbatum Vitalis & Gaudefridi, Petri Monachi, & Guillelmi Novitii. In Hispania, Venerabilis Ambrosii virtutibus & revelationibus insignis. In finibus Galliæ Cathalaunensis, B. Hoildis Virginis: quæ in Monasterio vitam Angelicam duxit. Apud Brolium Benedicti, Diœcesis Ebroicensis, Solemnitas Sancti Eutropii Episcopi Sanctonensis & Martyris.

MAIUS.

B Kaléndis Maii. * Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r s
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 27 28 29 1 2 3

MM. maj. NATALIS Beatórum Apostolórum Philíppi & Jacóbi: * ex quibus Philíppus postquàm totam penè Scythiam ad fidem Christi convertísset ℣ apud Hierápolim Asiæ civitátem glorióso fine quiévit: * Jacóbus verò qui & frater Dómini légitur ℣ juxtà templum Jerosolymitánum, ubi & præcipitátus fúerat, sepúltus est. In Gálliis, Território Vivariénsi: * Beâti Andéoli Subdiáconi ℣ quem misit ab Oriénte Sanctus Polycárpus unà cum áliis ad prædicándum verbum Dei in Gálliam: * cujus prædicatióne Imperátor Severus compérta ℣ spinósis fústibus crudelíssimè flagellátum in cárcerem trudi præcépit: * & sic demùm ense lígneo, in crucis modum caput ejus scin-

di. Apud civitátem Auscium: * *a* Sancti Orién-tis *b* Epíscopi ℣ qui virtútibus ornátus sancto fine quievísse scríbitur. In civitáte Sedunénsi: * *c* Natális [Sancti] Sigismúndi Regis. Autissiodóri: * Sancti Amatóris Epíscopi & Confessóris.

a Auscii. *b* Saint Orens. *c* Syon en Vallés.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De excommunicatióne culpárum.

ROmæ, B. Bernardi Cardinalis; qui in sacro Patrum purpuratorum cœtu eandem, quam in Claravalle Monachus, sectatus humilitatem & paupertatem, manus suas excussit ab omni munere. Rameyæ in Belgio, B. Sapientiæ ejusdem Monasterii Monialis; quæ aquâ sapientiæ salutaris potata est.

2 Sexto Nonas Maii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
s t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 28 29 1 2 3 4

NATALIS Sancti Patris nostri Athanásii Alexandrínæ urbis Epíscopi & Confessóris: * in cujus persecutiónem univérsus penè conjurávit orbis ℣ & commóti sunt Príncipes terræ, gentes, regna & exércitus coiérunt advérsùs eum: * multáque perpéssus Arianórum insídiis, toto orbe prófugus ágitur ℣ nec ei ullus tutus supérerat locus dum ad investigándum eum omnes moveréntur. Móritur autem quadragésimo & sexto anno Sacerdótii sui,

3. Lect. 6. M.

post multos agónes, multáſque patiéntias: * témpore Valentiniáni & Valéntis. Eódem die: * Sanctórum Saturníni & Neópolis; qui in cárcere requievérunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Qualis débeat esse modus.

IN Hibernia, Venerabilis Candidi Monachi; qui Nucalæ in Hiſpaniâ ſuſcepto habitu, reverſus ad ſuos Hibernenſes, pietatem quam illic didicerat diſſeminavit, & poſtquàm innumerabiles filios Chriſto genuit, obiit clarus miraculis & prophetiæ dono. In Luſitaniâ, B. Mafaldæ apud Sanctum Petrum de Arouca Monialis; quæ legitimè relicto ſponſo ſuo Rege Caſtellæ, ad cœlos peregit iter arduum.

D Quinto Nonas Maii. * Luna. 3

a b c d e f g h i k l m n p q r
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
ſ t u A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 29 30 29 1 2 3 4 5

III M. maj. HIEROSOLYMIS: * Invéntio Sanctæ Crucis ab Helénâ Regínâ ſub Conſtantíno Príncipe. Romæ viâ Numentánâ: * Paſſio Sancti Alexándri Papæ, Evéntii & Theóduli Preſbyterórum ſub Adriáno Príncipe; quorum primus poſt víncula & cárceres, equúleum, úngulas & ignes, punctis crebérrimis per tota membra peremptus eſt: * ſequéntes [verò] poſt longam cárceris ſuſtinéntiam, ignibus examináti; ad últimum decolláti ſunt. Ipſo

die: * Sancti Juvenális Epíscopi & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De gravióribus.

MEilrosæ in Scotia, S. Vvalleni Abbatis; qui regio Patris sui Davidis Sceptro & dignitatibus Ecclesiasticis valedicens, humilitate meruit à Deo exaltari, & ab Ecclesia ob miracula Sanctorum numero ascribi. Fusniaci, B. Alexandri Conversi; qui paterno item Scotiæ Sceptro relicto, in Galliam ignotus aufugit & in eo Cœnobio latuit bestiis ministrans & cum Angelis conversationem habens. Brugis in Belgio, Translatio B. Ildesbaldi Abbatis Dunarum tertii.

4 Quarto Nonas Maii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r

7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

ſ t u A B C D E F F G H M N P

23 24 25 26 27 28 29 30 1 1 2 3 4 5 6

APUD Ostia Tiberína, Natâlis Sanctæ Monícæ Víduæ: * cujus vita admiránda ex nono Confessiónis libro Sancti Augustíni collígitur. In Palestínâ, civitâte Gazâ: * Natâlis Beâti Sylváni ejúsdem urbis Epíscopi; qui persecutióne Diocletiáni cum plúrimis Clericórum suórum martyrio coronâtus est. Hierosólymis: * Passio Sancti Quiríaci Epíscopi sub Juliáno Imperatóre. In Metállo [Palestínæ] *a* Fanénsi: * Sanctórum Mártyrum quadragínta qui símul cápite sunt cæsi. Nicomédiæ, Natâlis Sanctæ Antóniæ Mártyris: * quæ nímiùm torta & váriis cruciátibus afflícta, uno *Comm.*

a Les Mines de Fennes.

bráchio tribus diébus suspénsa & in cárcere biénnio retrúsa : * ad últimum in confessióne Dómini flammis exústa est. In Nórico Ripénsi : * *b* Sancti Floriáni qui Præsidis Aquiémi jussu, ligáto ad collum saxo in Flumen *c* Anísi præcipitátus est. Autissiodóri · * Sancti Curcodémi Diáconi.

b Hunsrunick en Autriche. *c* Ens.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui sine jussióne.

IN Hispaniâ, B. Didaci; qui Valli Paradísi donatus, humilitatis & simplicitatis suæ merito factus est formidabilis dæmonibus & hominibus venerabilis. In Parco Lovanienſi Dominarum, B Catharinæ Virginis; quæ licet genere Judæa, Sanctæ Deiparæ sic addicta est ut ad sequenda illius & S. Catharinæ Martyris vestigia, velo suscepto nupserit Christo Domino. In Agro Leodiensi, Elevatio B. Vverrici Prioris & sociorum Monachorum Alnensium.

F Tértio Nonas Maii. * Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
s t u A B C D E F G H M N P.
24 25 26 27 28 29 30 1 2 2 3 4 5 6 7

g. Lect. & M. SAGUNTI in Hispániâ : * Sancti Martíni Epíscopi; qui ex Abbáte Horténsi ad eam dignitátem evéctus tantum méruit à Dómino : * ut post óbitum etiam ab Angelo ejus solémnitas ad hanc diem indícta sit sub nómine Sancti Sacerdótis. In Território Andegavénsi : * Dedicátio Eccléſiæ de Oratório.]

Apud Alexándriam: * Sancti Euthímii Diáconi in cárcere quiescéntis. Thessalonícæ: * Natâlis Sanctórum Hyrenéi, Peregríni, & Hyrénis, ignibus combustórum. In Gálliis civitate Arelaténsi: * Beâti Hilárii Epíscopi & Confessóris ℣ præclaríssimi viri & nobilíssimi. Item Viénnæ: * Sancti a Nicétii Epíscopi, venerábilis sanctitâtis viri. Autissiodóri: * Pássio Sancti Joviniani Lectóris & Mártyris.

a Saint Nisier.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter sollícitus.

IN Galliâ, Passio plurimorum Sanctorum Monachorum ab hæreticis in odium fidei interfectorum. In Valle Ducis Lovaniensi, B. Aleydis Abbatissæ; quæ verbo & exemplo plures secum Virgines adduxit ad Regem Christum.

6 Prídie Nonas Maii. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

BEATI Joánnis Apóstoli: * quando ab Epheso jussu Domitiáni Romam perdúctus ℣ & præsénte Senátu ante Portam Latínam in ólei fervéntis dólium missus est, sed mínimè læsus: * ubi festum eódem die concúrsum fidéles pópuli usque hódiè fáciunt. Antiochíæ: * Sancti Evódii, qui, ut Beátus Ignátius scribit ℣ primus ibídem Epíscopus ab Apó-

R. t. & M.

ſtolis ordinâtus eſt. Hic glorióſo martyrio apud eandem urbem vitam finívit. Item Sancti Lúcii Cyrenénſis, qui apud Cyrénen primus Epíſcopus à Sanctis Apóſtolis inſtitútus eſt: * quem in Actibus Apoſtolórum Beâtus Lucas commémorat. In Africâ: * Sanctórum Mártyrum Heliodóri & Venúſti cum áliis ſeptuagínta quinque.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui ſæpiùs corrécti.

IN Hannoniâ, B. Hentici Epiſcopi; qui habitu ſuſcepto Camberonæ reliquum vitæ ſuæ religioſiſſimè peregit. In Oſtrogothia, B. Petri, Prioris de Alvaſtrâ; qui foris & intùs Monaſterium, pari pietate, diſciplinâ & auſteritate ſemper ſe habuit.

A Nonis Maii. * Luna. 7

a b c d e f g h i k l m n p q
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

3. Lect. & M. CRACOVIÆ in Polóniâ, Natâlis Sancti Staníſlai Epiſcopi & Mártyris: * qui ab ímpio Rege Boleſláo interémptus eſt.] Apud Terracínam Campániæ urbem: * Natâlis Beâtæ Fláviæ Domitíllæ Vírginis & Mártyris; quæ cùm eſſet Flávii Cónſulis ex ſoróre neptis & à Sancto Cleménte ſacro velámine conſecráta: * perſecutióne Domitiáni cum áliis plúrimis in ínſulam Póntiam exílio deportáta lon-

gum martyrium duxit ; novíssimè cùm doctrínâ ac miráculis convertísset plúrimos ad fidem Dómini : * incénso cubículo à quodam júdice, in quo simul cum suis convirgínibus Eufrosínâ vidélicet & Theodórâ, clausa morabátur ; cursum gloriósi martyrii sui consummávit. Eódem die : * Sancti Juvenális Mártyris. Nicómédiæ : * Pássio Sanctórum Flávii, Augústi & Augustíni fratrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si débeant íterùm récipi.

IN Agro Neustriæ Sagiensi, B. Adæ de Trappâ Abbatis ; qui ex nobili humilis & ex divite pauper pro Christo factus, gratiâ sanctitatis & miraculorum meruit exaltari. Argensolii in Campania Galliæ, Venerabilis Euphrosynæ Abbatissæ ; quæ magna cum laude convirginibus suis præfuit. Eodem die, Elevatio corporis S. Guillelmi Episcopi Bituricensis, quem cælesti visione admonitus Honorius tertius Sanctorum catalogo adscripsit.

8 Octávo Idus Maii. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r s
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
t u A B C D E F F G H M N P
28 29 30 1 2 3 4 5 5 6 7 8 9 10

IN finibus Apúliæ, Monte Gargáno apud Sipóntum civitátem : * Apparítio Beáti Michaélis Archángeli. Medioláni : * Sancti Victóris Mártyris ; qui à primævâ ætáte Christiánus, cùm esset in castris imperiálibus miles : * compellénte Maximiáno ut sacrificáret, in confes- 3. Lect. & M.

fióne Dómini fortíssimè persevérans? primò gráviter fústibus cæsus, sed Deo protegénte dolóris expers:* deínde liquánti plumbo perfúsus, sed nihil pénitùs læsus? novíssimè glorióſi martyrii cursum cápitis abscissióne complévit. Apud Ægyptum.* Sanctórum Stéphani & Victóris. [Item Sancti Helládii Epíscopi.]

℣ Et álibi &c.

Lectio Reg. De Púeris.

IN Claravalle, B. Gualterii, Conversi; qui vitæ innocentiâ, & charitate, cæléstibus etiam visionibus illustris quievit in pace.

C Séptimo Idus Maii * Luna. 9

a b c d e f g h i k l m n p q r s
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28.
t u A B C D E F F G H M N P
29 30 1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

3. Lect. & M. APUD Naziánzi óppidum, Natális Beáti Gregórii Epíscopi, cognoménto Theólogi:* qui post multa documénta in locum sui, ut [Sanctus] Hierónimus ab eódem in divínis libris instrúctus pérhibet, Epíscopum órdinans? ruri vitam Mónachi exércuit. Romæ:* Sancti Hermæ, cujus Apóstolus Paulus ad Romános scribens méminit. Hic dignè semetípsum Deo sacrificans, acceptabilísque hóstia factus:* virtútibus clarificátus cœli regna petívit. In Pérside:* Sanctórum Már-

tyrum trecentórum decem. [In] Castro *a* Vindocíno: * Sancti *b* Beáti Confessóris. Constantinópoli: * Festívitas Beáti Andréæ Apóstoli ; quando sacratíssimum ejus corpus una cum óssibus Sanctórum Lucæ Evangelístæ, & Timothéi Discípuli Sancti Pauli sub Constantíno Imperatóre [in eam urbem] translátum est.

a Vendosme. *b* S. Bié.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Cellerário.

IN Lusitánia, B. Petri Monachi; qui licet [illegible]nsi Regis Frater, juxta S. Bernardi prophetiam, habitum [illegible]aciæ suscipiens, sacræ Virgini addictus & abjectis operib[illegible]litus, sobrius & humilis laicus usque ad mortem perseveravit. [illegible]laravalle, B. Petri Conversi; qui absque litteratura introivit [illegible]ientias & potentias Domini.

10 Sexto Idus Maii. * [illegible]una. D

a b c d e f g h i k l m [illegible] p q r s

13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 [illegible]26 27 28 29

t u A B C D E F F G [illegible] M N P

30 1 2 3 4 5 6 7 7 8 [illegible]9 10 11 12

NATALIS Sancti Petri Episcopi: * qui ex Abbáte Stamediénsi ad Cathédram Tarentasiénsem eléctus, jussu Capituli Generális Ordinis, onus Pontificále subíre coáctus est: * & gloriósus virtútibus, opéribus & miráculis totâ Gálliâ peráctis, in Monastério Bellævállis Bisuntinénsis óbiit décimo octávo Ka- *MM.*

léndas Octóbris. Ejus tamen festívitas in hanc diem transláta est ab ipso Summo Pontífice qui eum Sanctórum catálogo adscrípsit.] Romæ, viâ Latinâ, Natális Sanctórum Mártyrum Gordiáni & Epímachi: * quorum prior pro confessióne nóminis Christi témpore Juliáni diù plumbátis [illegible] æditur; & in último, cápite truncátur: * [illegible]de verò noctu sepelítur in cryptâ in quam [illegible]átæ fúerant Relíquiæ Beáti Epímachi; [illegible]exándriæ passus erat.] In terra Hus: * [illegible] Job Prophétæ. Romæ: * Beáti Calepódi[illegible]byteri sub Alexándro Imperatóre; qui [illegible]eum occídi gládio: * & corpus ejus per civ[illegible]m trahi atque in Tyberim jactári. Decollá[illegible]est etiam Palmátius Consul cum uxóre & fí[illegible]& áliis promíscui sexûs quadragínta duób[illegible] * cum quibus & Simplícius Senátor; quo[illegible]n cápita jussa sunt suspéndi per divérsas pa[illegible]s urbis Romæ, ad exémplum Christianór[illegible]. Item Romæ, viâ Latinâ ad centum au[illegible]: * Natális Sanctórum Quarti & Quinti [M[illegible]yrum.]

℣ Et áliis, &c.

Lectio Reg. De Ferraméntis.

Villarii in Brabantia, B. Joannis: qui ex Canonico Regulari factus ibi Monachus, doctrinâ & sanctitate floruit. In Hispania Legionensi, B. Teresæ Abbatissæ de Gradefes; quæ splendorem Regum Aragoniæ progenitorum suorum virtutibus propriis superavit. Item in Hispaniâ Valentinâ, Institutio Ordinis de Montesia.

11 Quinto Idus Maii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
ſ t u A B C D E F F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

ROMÆ, viâ Salária, Natális Beáti Anthimi Preſbyteri: * qui poſt virtútum & prædicatiónis insígnia ꝛ in Tyberim præcipitátus, & ab Angelo exíndè eréptus, Oratório reſtitútus eſt próprio: * deínde cápite punítus, victor migrávit ad cœlos. Viénnæ: * Sancti Mamérti Epíſcopi & Confeſſóris ꝛ qui ob imminéntem cladem ſolémnes ante Aſcenſiónem Dómini Litánias inſtítuit. [Silviniaci a in Burgúndiâ: * Sancti Májoli Abbátis Cluniacénſis.

a Souvigny.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si quid próprium.

POntiniaci, B. Guidonis Monachi, cujus poſt obitum felicitatem aliis ſuis Monachis Clarævallis S. Bernardus frater ipſius manifeſtavit. Eodem die, dormitio piæ Eulaliæ Virginis, cujus pietatem erga S. Dei Genitricem, ipſa Virgo Virginum dignata eſt familiari colloquio remunerare.

F Quarto Idus Maii. * Luna. 12

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
s t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 9 10 11 12 13 14

3. Lect. & M. ROMÆ, viâ Ardeatinâ, Natális Sanctórum Mártyrum Nerei & Achillei fratrum: * qui primò [cum Fláviâ Domitíllâ cujus erant Eunuchi] apud ínsulam Póntiam longum duxérunt exílium: & póstmodùm à quodam júdice verberibus graviſſimis ſunt attrectáti: * deindè cùm equúleo, & flammis compellerèntur ad immolándum & dícerent ſe à Beáto Petro Apóſtolo baptizátos nullâ ratióne poſſe idólis immoláre: cápite cæſi ſunt. Ibídem viâ Aurélià: * Sancti Pancrátii Mártyris: qui cùm eſſet annórum quatuórdecim, ſub Diocletiáno martyrium cápitis obtruncatióne complévit. Eódem die: * Sancti Dionyſii pátrui ejúſdem Pancrátii: qui cum præmiis cæléſtibus charus & dignus Deo in pace diem vitæ hujus clauſit. Apud Cyprum: * Sancti Patris noſtri Epiphánii Salaminénſis Epíſcopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si omnes æqualiter.

IN Agro Leodienſi, B. Vverrici Prioris Alnenſis; qui exemplo S. Martini cui maximè erat devotus, non ſemel ſe veſtibus exuit ut nudos obvios contegeret. In veteri Monte Colonienſi, Beati Joannis

Joannis Conversi sanctitate & prophetia eximii. In Regali Monte, Commemoratio S. Sulpitii Episcopi Bituricensis.

13 Tértio Idus Maii. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
r s t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 10 11 12 13 14 15

IN Bélgio Bolonénsi: * Dedicátio Eccléſiæ de Longovillári.] Eôdem die: * Solémnitas Sanctæ Maríæ ad Mártyres ℣ quando Beátus Bonifácius Papa Eccleſiam in honórem ſemper Vírginis Maríæ & ómnium Mártyrum dedicávit. Item Beáti Mútii Preſbyteri & Mártyris: * qui primò in Amphípoli *a* urbe multis pœnis atque cruciátibus in confeſſióne Chriſti afféctus ℣ póſteà Bizántium uſque perdúctus capitáli ſenténtiâ occúbuit. Ipſo die: * Sancti Servátii Tungrénſis Eccléſiæ Epíſcopi & Confeſſóris ℣ ob cujus méritum ómnibus demonſtrándum: * cùm témpore hyemis ómnia in circúitu nix repléret numquàm ſepúlchrum ejus opéruit ℣ donec indúſtriâ cívium Basílica ſuper ipſum ædificáta eſt.

a *Aliàs Amfibuli*

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Hebdomadáriis coquínæ.

DUnis in Flandria, B. Thomæ Monachi & Martyris qui in Anglia ab hæreticis comprehenſus pro fide Catholicâ quam ſtrenuè propugnabat, crudeli morte interemptus eſt. Caſtellione

ad ſequanam memoria ſingularis prærogativæ quâ S.P.N. Bernárdus fertur à Beatiſſimâ Deiparâ lactatus.

A Prídie Idus Maii. * Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q r
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2
ſ t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16

Comm. a de hoc Uſuard. 3. Iun.

NATALIS Sancti *a* Bonifácii Mártyris, ſub Diocletiáno & Maximiáno: * qui apud Tharſum civitâtem paſſus, Romæ viâ Latínâ ſepúltus eſt. Hic cùm diù in ſtupro miſcerétur, tandem divíno nutu compúnctus non ſolùm cui ſubjacébat vítium deſéruit: * verùm quoque per divérſa torménta ad palmam martyrii ardénter cucúrrit. In Gálliis civitâte *b* Cimélâ: * Natâlis [Sancti] Póntii Mártyris, cujus prædicatióne & indúſtriâ poſtquàm convérſi ſunt duo Philíppi Imperatóres ad fidem Chriſti: * ipſe ſub Valeriáno & Galliéno Princípibus martyrii palmam adéptus eſt. In Syriâ: * Sanctórum Mártyrum Victóris & Corónæ ſub Antoníno Imperatóre, quæ Coróna cùm eſſet uxor cujúſdam mílitis & cæpíſſet beatificáre Sanctum Victórem ob martyrii conſtántiam, vidit duas corónas de cœlo lapſas, unam Victóri & álteram ſibi: * cùmque & hoc cunctis audiéntibus proteſtarétur, ipſa quidem inter árbores ſciſſa: * Victor verò decollátus eſt.

b Cimiés en Provence.

Eódem die: * Sancti Patris nostri Pachómii, qui cùm esset factis Apostólicæ grátiæ insígnis fundatórque Ægypti cœnobiórum: * scripsit Monachórum Régulas quas ab Angelo dictánte didícerat.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Infírmis.

IN Bohemia, Passio Sanctorum Monachorum Aulæ Regiæ, qui pro fide orthodoxâ ab hæreticis trucidati sunt. In Claravalle, B. Petri Prioris vitæ sanctitate illustris. Caduini in Aquitaniâ Petragoricensi, B Petri Monachi, sacræ doctrinæ & omnium virtutum studiosissimi.

15 Idibus Maii. * Luna. B

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2
r	s	t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17

NATALIS Sanctórum Confessórum Torquáti, Cteſiphóntis, Secúndi, Indalétii, Cæcílii, Hesychii, & Euphrásii: * qui Romæ à Sanctis Apóstolis Epíscopi ordináti, & ad prædicándum verbum Dei ad Hispánias tunc adhuc gentíli erróre implicátas directi sunt: * cùmque divérsis úrbibus evangelizássent, & innúmeras multitúdines Christi fidei súbjugássent, Torquátus Acci *a*, Cteſiphon *b* Vérgii, Secúndus *c* Abulæ, Indalétius *d* Ursi, Cæcílius *e* Elibéri, Hesychius *f* Cartésæ, Euphrásius *g* Elitúrgi

a Guadrix.
b Vierzo.
c Avila.
d Orque.
e Elvire.
f Cartuse prés Gilbratar.
g Betorg en Andalouſie.

quievérunt. Apud ínsulam Chium: * Beáti Isidóri Mártyris ℣ in cujus Basílicâ extat púteus in quem & fertur injéctus: * de cujus aquâ energúmeni, febricitantésque & réliqui infírmi sæpiùs potáti sanántur. Lámpsaci: * Pássio Sanctórum Petri, Andréæ, Pauli & Dionysiæ.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Sénibus.

IN Anglia, B. Richardi Abbatis, qui primùm Præpositus Monastérii Eboracensis, inde transiens ad Fontanensem solitudinem, ibidem Cisterciensém reformationem instituens, refloruit novitate sanctâ ut ait S. Bern. in Epist. ad ipsum. In Valle Rosarum Mechliniensi, B Margaritæ Virginis; quæ humilitatis operibus & donis cæléstibus abundans, etiam post obitum, sanitatem Abbatissæ suæ, ut ei prædixerat, impetravit.

℄ Decimoséptimo Kal. Júnii.* Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q r s

19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5

t u A B C D E F F G H M N P

6 7 8 9 10 11 12 13 13 14 15 16 17 18

IN Isauriæ Província, Natális Sanctórum Aquilíni & Victoriáni: * quorum gesta habéntur. Apud Autissiodórum: * Beáti Peregríni Epíscopi primi civitátis ipsíus ℣ qui capitáli sententiâ mulctátus corónam méruit sempitérnam. In Pago Foro Juliénsi: * Sanctæ Máximæ Virginis ℣ quæ multis clara virtúti-

* Sainte Mesme.

bus in pace quiévit. Trecis: * Sancti Fídoli, Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Hebdomadário Lectóre.

CIstercii, B. Raynaldi Abbatis, quem ex Monacho Claræ-vallis sibi substitui curavit ipse S. P. N. Stephanus, amoto Vvidone Hemmenrode, B. Eustachii Abbatis, qui in præmium singularis devotionis erga Beatissimam Virginem, suæ suorumque salutis nuntium certum meruit accipere.

17 Sextodécimo Kal. Júnii. * Luna. D.

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5
s t u A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 12 13 14 14 15 16 17 18 19

IN Túsciâ: * Sancti *a* Torpétis Mártyris. Hic magnus in officio Neróms Cæsaris primò fuit: * sed póstea pro fide Christi, jubénte eódem, álapis cæditur? verbéribus duríssimè afficitur, ac béstiis devorándus tráditur, sed mínimè læditur: * tandem verò decollatióne martyrium suum tertiò Kaléndas Maii complévit? sed tamen ejus festívitas celébriùs hîc recólitur. [In] Civitáte *b* Nivedúno: * Sanctórum Heráclii, Pauli, Aquilíni cum áliis duóbus.

a Saint Tropés.

b Nion en Suisse.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De mensúrâ cibórum.

HEmmenrode, B. Gisilberti Abbatis, qui nesciri amans & pro nihilo reputari, sic à Deo clarificatus est ut etiam mortuum suscitaverit. Villarii in Brabantia, B. Laurentii primi ejusdem loci Abbatis; qui fundato Monasterio ipso in labore & ærumnâ, post annum præfecturæ cessit malens subdi quam præesse.

E Quintodécimo Kal. Júnii. * Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r
21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
ſ t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 15 16 17 18 19 20

IN Agro Neústriæ Ebroicénsi: * Dedicátio Eccléſiæ de Bono Portu. Item in Lusitaniâ: * Anniversárium consecratiónis Basílicæ de Taroúca.] In Ægypto: * Sancti Dióscori Lectóris ꝛ in quem præses multa & vária torménta exércuit: * ita ut ungues ejus effóderet, & lampádibus ejus látera inflammáret ꝛ sed cæléstis láminis fulgóre términti cecidérunt miníſtri: * novíssimè láminis ardéntibus adústus martyrium consummávit. Ipso die: * Sancti Felícis Epíscopi ꝛ qui apud Spellaténsem urbem sub Maximiáno Imperatóre palmam martyrii adéptus est.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De mensúra potûs.

IN Claravalle, B. Petri Abbatis; qui vitæ innocentia & cordis simplicitate illustrior fuit quàm splendore sanguinis Regii Francici ex quo erat progenitus. Rameyæ in Belgio, B. Margaritæ Virginis; quæ in ipso probationis anno per mortem consummata, par facta est aliis quæ portaverant pondus diei.

19 Quartodécimo Kal. Júnii. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r
22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7
ſ t u A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 14 15 16 16 17 18 19 20 21

NATALIS Sancti Petri de Moróno: * qui ex Anachorétâ creátus Póntifex dictus eſt Cæleſtínus quintus ; ſed Pontificátu ſe ábdicans & in ſolitúdine religióſam vitam agens miráculis clarus migrávit ad Dóminum.] Romæ: * Sanctæ [a] Pudentiánæ Vírginis ; quæ poſt multos agónes, poſt multórum Mártyrum venerabíliter exhíbitas ſepultúras, poſt omnes facultátes ſuas paupéribus pro Chriſto erogátas: * tandem de terris ad cœlos migrávit. Eódem die: * Beáti Pudéntis [Senatóris] Patris ſuprádictæ Vírginis ; qui ab Apóſtolis Chriſto in Baptíſmo veſtítus: * innocéntem túnicam uſque ad corónam vitæ immaculátæ cuſtodívit. Romæ, viâ Appiâ, Natâlis Sanctórum Galocéri & Parthénii Eunuchórum: * quorum prior cùm eſſet Præpóſitus cubículi Imperatóris Décii ; alter Primicérius: * noléntes ſacrificáre idólis ab eódem interfécti ſunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quibus horis opórteat.

3. Lect. & M.

a *Aliàs Potentiana.*

IN Hibernia, Passio Sanctorum Monachorum Malachiæ & Patritii, ab Hæreticis pro fide interemptorum. Cistercii, B. Guillelmi Abbatis vigesimi secundi; qui virtutibus præclarus, post Ordinem sapientissimè administratum dignitati cedens rediit Claramvallem pro quâ erat professus, ubi & sanctè obiit. Curacii in Calabria, B Joachim Abbatis & Prophetæ; qui licet in nonnullis erraverit ut homo, vitæ tamen etiam in Concilio Lateranensi 4. probatæ, sanctitate & miraculis clarus obiit in senectute bona. In Longoponte Suessionensi, B. Petri Monachi; qui ex nobili Cantore & Magistro Parisiensi electus ad Sedem Attrebatensem, maluit ibi latere sub modio, quam super candelabrum Ecclesiæ poni.

G Tertiodécimo Kal. Júnii. * Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r
23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8
s t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 17 17 18 19 20 21 22

2. Lit. ☉ M. SANCTI Yvónis Presbyteri & Confessóris. In Território Cabilonénsi: * Dedicátio Eccléſiæ de Firmitáte. Item: * Dedicátio Beatæ Maríæ de loco Dei Ambianénsi.] Romæ, viâ Salária, Natâlis Beâtæ Basílicæ Vírginis & Mártyris: * quæ cùm esset ex régio génere & habéret sponsum illustríssimum ꝛ accusáta ab eódem quod esset Christiána: * decrétum est à Gallién̄o Augústo ut aut sponsum recíperet aut gládio interíret. Convénta de hoc: * [respóndit Regem Regum se sponsum habére ꝛ] & rénuens assénsum præbére gládio transverberáta est. In Gálliis civitáte Nemáuso; * Sancti a Baudélii Mártyris ꝛ qui

a Saint Bodille.

comprehénsus, cùm sacrificáre nollet & in fide Christi immóbilis inter vérbera & torménta persísteret: * martyrii palmam pretiósâ morte súscepit. Bitúricis: * Beáti *b* Austregisílli Epíscopi & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut post Completórium.

b Saint Outrille.

GAndavi in Belgio, B. Guidonis Cardinalis & Episcopi; qui ex Abbate Cistercii in sacrum Collegium adscitus, variis legationibus, multoque magis virtutibus propriis, Ecclesiæ universali profuit. In Sabaudia, B. Viviani primi Altæcumbæ Abbatis, cujus honorificè meminit S. Bern. in Epist. 54.

21 Duodécimo Kal. Júnii. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r
24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9
s t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 18 19 20 21 22 23

COMMEMORATIO Persónarum regulárium Ordinis.] In Mauritániâ Cæsariénsi, Natâlis Sanctórum Timothéi, Pólii & Eutíchii Diáconi: * qui apud præfátam regiónem verbum Dómini dissemináutes & páriter coronári meruérunt. Item apud Cæsáream Cappadóciæ: * Natâlis Sanctórum Polyeúcti, Victórii & Donáti Mártyrum. Córdubæ: * Sancti Secundíni Mártyris.

Anniv. sol.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui tardè

IN Claravalle, B. Joannis, qui ex Priore ejusdem loci factus Provisor Parisiensis, & inde Abbas de Albis Petris, in priorem domum suam rediit ut soli Christo adhæreret. In Angliâ, B. Godrici Presbyteri & Eremitæ; qui totos sexaginta sex annos sub cura Cistercienſium nostrorum vivens in solitudine, meritis & visionibus cælestibus illustris in pace quiévit.

℟ Undécimo Kal. Júnii. * Luna. 22.

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
ſ t u A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 19 19 20 21 22 23 24

IN Africâ, Natâlis Sanctórum Casti & Æmílii: * qui ut scribit Beâtus Cypriánus in libro de lapsis ꝛ per ignem passiónis martyrium complevérunt. Apud Córsicam: * Sanctæ Júliæ quæ crucis supplício coronáta est. Romæ: * Sanctórum Faustíni, Timóthei & Venústi Mártyrum. Senónis: * Sancti Románi Confessóris. Autisiodóri: * [Sanctæ] Helénæ Vírginis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui excommunicántur.

IN Claravalle, B. Clementis Monachi; qui exemplo S. Antonii contra dæmones visibiliter decertans victor, & meritis plenus migravit ad Dominum. In Belgio, B Helsuindis Abbatissæ Porrectensis ad Aquigranum, cujus constantia in proposito virginitatis & religionis ab infantia ipsa enituit. In Agro Parisiensi, Translatio S. Theobaldi Abbatis Vallium Cernaii; cujus reliquiæ ipsis Pentecostes Feriis magno populi concursu honorantur.

22 Décimo Kal. Júnii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
s t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 20 20 21 22 23 24 25

APUD Lingónes: * Páſſio Sancti Deſidérii Epíſcopi. Hic cùm plebem ſuam ab exércitu Wandalórum vexári cérneret ℣ pro eâ ſupplicatúrus éxiens ſtatim jugulári juſſus eſt: * quique pro óvibus ſibi créditis cervícem libénter teténdit ℣ percúſſus gládio migrávit ad Chriſtum. Paſſi ſunt autem cum eo & álii plures de número gregis ſui: * & apud eándem urbem cónditi. In Hiſpániis: * Sancti Epitátii Epíſcopi ℣ & [Sancti] Baſiléi. Comm.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui fallúntur.

IN Claravalle, B. Guillelmi Monachi; qui aſſiduâ contemplatione & Beatiſſimæ Virginis cultu meruit videre ſecreta cæleſtia. Ibidem, B. Teſſelini item Monachi; qui exemplo S. Bernardi filii ſui motus, eundem jam ſenex delegit ſibi in Patrem, ejuſque fideliter veſtigia ſequutus eſt.

D Nono Kal. Júnii. * Luna. 24

a b c d e f g h i k l m n p q r
27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
s t u A B C D E F G H M N P
13 14 15 16 17 18 19 20 21 21 22 23 24 25 26

Comm. IN Gálliis civitâte Nannétis: * Beatórum Mártyrum Donatiáni & Rogatiáni fratrum; qui pro constántiâ fidei in cárcerem missi & in equúlei catástâ suspénsi ac laniáti: * deíndè lánceâ militári perfóssi; novíssimè cápita eórum præcísa sunt. [In Território Noviodunénsi: * Dedicátio Eccléſiæ de Biáchio.] Eôdem die: * Natâlis Mánahen, Heródis Tetrárchæ collactánei; Doctóris & Prophétæ sub grátiâ novi Testaménti: * apud Antiochíam [in Christo] quiescéntis. Item Beatíssimæ Joánnæ uxóris Chuzæ Procuratóris Heródis: * quam commémorant Evangelístæ. In Portu Románo: * Natâlis Sancti Vincéntii Martyris. Apud Istriam: * Sanctórum Mártyrum Zoélli, Servílii, Felícis, Silváni & Dióclis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Décimus humilitátis.

IN Claravalle, B. Goduini Monachi; qui ex medico nobili in sæculo, factus est medicus corporum & animarum in clausstro. Villarii in Brabantia, B. Guillelmi Monachi; qui spretis divitiis & nobilitate generis, humilitate & paupertate suâ meruit exaltari post mortem.

25 Octávo Kal. Júnii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
s t u A B C D E F F G H M N P
14 15 16 17 18 19 20 21 22 22 23 24 25 26 27

ROMÆ, viâ Numentánâ, Natâlis Beâti Urbáni Papæ & Mártyris: * cujus doctrínâ ſub perſecutióne Alexándri, multi martyrio coronáti ſunt. Medioláni: * Sancti Dionyſii Epíſcopi & Confeſſóris; qui apud Cappadóciam pro fide Cathólicâ damnátus exílio ibídem requiévit: * pòſteà verò relíquias córporis ejus per Sanctum Basílium præfátæ urbis Epíſcopum recéptas; Beâtus Ambróſius condígno honóre cóndidit. Doróſtori in Myſiâ: * Sanctórum Mártyrum Pasícratis, Valentiónis, & aliórum duórum ſimul coronatórum. In Território Tricaſsíno: * Sancti [a] Leónii Confeſſóris. *Comm. & M.* [a] S. Liê.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ſignificándâ horâ.

IN Angliâ, B. Gilberti de Hoylandia, Abbatis Suinſetenſis; qui moribus & ſtylo S. P. N. Bernardum imitatus eſt. In Monte Cornelio Leodienſi, Commemoratio inſtitutionis Feſti Corporis Chriſti, quam Beata Juliana ejus loci Prioriſſa procuravit.

F Séptimo Kal. Júnii. * Luna. 26

a b c d e f g h i k l m n p q r
29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
ſ t u A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 22 23 23 24 25 26 27 28

9. Lect. & M. ROMÆ: * Sancti Philíppi Nérii Congregatiónis Oratórii Fundatóris & virginitátis & prophétiæ dono insígnis. In Agro Parisiénsi: * Dedicátio Eccléſiæ Portûs Regális. Item, in Território Cameracénsi: * Anniverſárium conſecratiónis Basílicæ de Vallicéllis.] Apud Athénas, Natâlis Beáti Quadráti [Epíſcopi] Apoſtolórum Diſcípuli: * qui perſecutióne Adriáni Eccléſiam grandi terróre diſpérſam, fide & indústriâ ſuâ cóngregans & etiam librum pro Christiánæ religiónis defensióne édidit plenum fide, & Apoſtólicâ doctrinâ dignum. Romæ: * Sanctórum Mártyrum Simmítrii Preſbyteri, & aliórum vigínti duórum. In Africâ: * Sancti Quadráti Mártyris & in cujus ſolemnitáte Sancti Auguſtíni
a Tody. ſermónes hábiti inveniúntur. Tudérti *a* Túſciæ: * Natâlis Sanctórum Mártyrum Felicíſſimi, Heráclii, & Paulíni. In Território
b S. Prix. Autiſſiodorénsi: * Páſſio Sancti Priſci *b* Mártyris cum ingénti multitúdine. In Británniis: * Sancti Auguſtíni Epíſcopi & Confeſſóris & qui miſſus à Beáto Papâ Gregório, primus genti

Anglórum Christi Evangélium prædicávit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ópere mánuum.

RHemis in Gallia, B. Henrici Episcopi, qui ex fratre Regis Francorum Ludovici VII. factus Clarævallis Monachus, & ex Monacho Episcopus Bellovacensis ac deinde Rhemensis, semper & ubique sibi æqualis & humiliter vivens meruit gloriam. In Lusitaniâ, B. Rolandi Monachi; qui de quinque talentis naturaliter à Deo acceptis alia quinque in Claustro superlucratus est. Ursi Campi, Diœcesis Noviodunensis, Susceptio capitis S. Annæ Matris Beatissimæ Virginis.

27 Sexto Kal. Júnii. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r s

30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

t u A B C D E F F G H M N P

17 18 19 20 21 22 23 24 24 25 26 27 28 29

APUD Mvsiam [in] civitâte Doroστorénsi, Natâlis Beâti Júlii: * qui témpore persecutiónis, cùm esset veteránus & emeritæ milítiæ ℣ comprehénsus ab Officiálibus júdici oblátus est: * quo præsénte, cùm idóla execrarétur & nomen Christi constantíssimè confiterétur ℣ capitáli sententiâ punítus est. In Gálliis civitâte Arásicâ: * Sancti Eutrópii Epíscopi ℣ cujus vitam illústrem virtútibus ac miráculis Verus Epíscopus luculénto sermóne descripsit. In Território *a* Adarténsi: * Sancti Ragnúlphi *b* Mártyris. In Anglia: * Depósitio Venerábilis Bedæ Presbyteri & Doctóris gentis

a Artois.
b S. Ragnoule.

glórum. Ipso die: * Translátio córporis Sancti *c* Máximi Abbátis & Confessóris.

c Saint Mesmin.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. A Caléndis.

IN Bonavalle Ruthenensi, B. Joannis Abbatis; qui orationis efficaciâ multa à Dómino obtinuit, & prædicationis doctrinâ non paucos hæreticos ad fidem convertit. In Saxonia, B. Rodolphi Conversi; qui in Monastério de Luxa vigiliis assiduæ orationis vacans quindecim è fratribus suis Christo confixos cruci meruit vidére, & eis in gloria associari. In Scotia S. Anselmi primi Abbatis de Kilos.

A Quinto Kal. Júnii. * Luna. 28

a b c d e f g h i k l m n p q r s
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 25 26 27 28 29 30

IN Pago Wastinénsi Gálliæ: * Dedicátio sacræ Cellæ Senonénsis. Item apud Adartenses: * Dedicátio Eccléstæ Flinénsis. ℣ Romæ, Natâlis Beâti Joánnis Papæ: * quem refert Sanctus Gregórius ob orthodóxam fidem primò in custódiâ tentum? deínde ad mortem usque perdúctum cum áliis æquè cathólicis viris. In Sardíniâ: * Sanctórum Æmílii, Felícis, Priámi & Luciáni. Eódem die: * Sancti Carániri, qui apud Carnuténsem civitâtem cápite amputáto martyrium sumpsit. Paríssiis, Tránsitus Sancti Germáni Confessóris: * qui Beâtus ejúsdem urbis Epíscopus quantæ sanctitâtis,

clarúerit miráculis ꝛ Sanctus Fortunátus Epíſcopus veráci ſtylo digéſſit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. In Quadragéſimæ verò.

IN Monaſterio Bohemiæ Zedelitzenſi, Paſſio Sanctorum Monachorum qui ab Huſſitis pro fide Catholicâ, unà cum Carthuſianis vicinis occiſi ſunt. In Luſitania, B. Helenæ Virginis; quæ S. Bernardi cultu & imitatione floruit. In Belgio, B. Petri Converſi Dunenſis; qui auſteriori jejunio corpus caſtigans, etiam prophetiæ dono claruit.

29 Quarto Kal. Júnii. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 26 27 28 29 30 1

APUD Icónium civitátem Iſáuriæ, ſub Aureliáno Imperatóre: * Páſſio Sanctórum Conónis & fílii ejus annórum duódecim ꝛ qui primùm ignito ferro ſuperpóſiti; deínde craticulam prunis ſuppóſitis & óleo ſuperinfúſo conſtánter ſuperavérunt: * póſteà verò tam frixórii; quàm ſuſpenſiónis in equúleo, ac ignis pœnam paſſi ꝛ málleo ad extrémum lígneo mánibus eórum contrítis, in laudem omnipoténtis Dei ſpíritum emiſérunt. Eódem die: * Sanctórum Mártyrum Sisínii, Martyrii atque Alexándri ꝛ qui témpore Honórii Imperatóris in Anaúniæ a pártibus, ut ſcribit

a Val d'Agnáni en Mi lanois.

Sanctus Paulínus: * persequéntibus gentílibus viris martyrii corónam adépti sunt. Tréviris: * Beâti Maximíni Epíscopi & Confessóris; à quo [Sanctus] Athanásius Antístes persecutiónem Constántii fúgiens honorificè susceptus est. Romæ, viâ Aurélià: * Natâlis Sancti Restitúti Mártyris. Viâ *b* Tibúrtinâ: * [Sanctórum] septem germanórum.

b Voye de Tivoli.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De quadragésimæ observatióne.

VIllarii; B. Nicolai Abbatis duodecimi, discretione, patientia & charitate præcipui. Deytzirchen in Germania, B. Ermendrudis Abbatissæ: quæ ultima Domini verba proferens expiravit & statim in ejus se regnum introivisse declaravit B. Ascelinæ sanctimoniali suæ.

C Tertio Kal. Maii. * Luna. 30

a b c d e f g h i k l m n p q
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
r s t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 27 28 29 30 1 2

IN Território Bellovacénsi: * Dedicátio Ecclésiæ de Pentimónte.] Romæ, viâ Aureliâ, Natâlis Beâti Felícis Papæ [primi: *] qui cùm annis quinque rexísset Ecclésiam; sub Claúdio Príncipe martyrio coronâtus est. Túribus *a* Sardíniæ: * Sanctórum Mártyrum Gabínii & Críspoli. [In urbe Antiochiâ, Natâlis Sanctórum *b* Siéi & Palatíni: * qui multa

a Torres.

b S. Sie.

torménta passi sunt.] Ipso die : * Sancti *c* Hucbérti Confessóris. *c* Saint Hucbert Moine de Bretigni en Soissonnois.

℣ Et álibi &c.

Lectio Reg. De Frátribus qui longè.

IN Tuscia, B. Jacobi Monachi S. Galgani; qui in simplicitáte sua confidenter ambulans *sermocinationem* cum Angelis habuit. Morimundi in finibus Lotharingiæ, Celebratio Concilii ab Alexandro III. contrà Schismaticos. Valcellis in Agro Cameracensi, Translatio B.B. Radulphi, Richardi & Nicolai Abbatum, de licentia Concilii Lateranensis tertii.

31 Prídie Kal. Júnii. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r s
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
t u' A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 28 29 30 1 2 3

ROMÆ : * Sanctæ Petronillæ Vírginis ; quæ post multa mirácula sanitátum, cùm eam quidam Comes suo vellet conjúgio sociáre : * trídui indúcias póstulans, jejúniis atque oratiónibus vacans ; tértio die mox ut Christi Sacraméntum accépit, emísit spíritum. Apud urbem Aquiléiam, Natális Sanctórum Mártyrum Cántii, Cantiáni & Cantianíllæ fratrum : * qui cùm dúcerent prosápiam de género Aniciórum ; ob Christiánæ fídei constántiam, una cum Pædagógo suo Proto, cápite plexi sunt. Túribus Sardíniæ : * Sancti Crescentiáni Mártyris. ℣ Et álibi, &c. *Comm.*

Lectio Reg. De Frátribus qui non satis longè.

IN Belgio, B. Fulconis Abbatis; qui è Fonte Mauriniaco Dunas ad Ligerium Anachoretam profectus, eo defuncto Abbatiæ Dunensis fundamenta spiritualia & materialia posuit. In Germania, B. Steponis, Monialium S Salvatoris Confessoris; qui post mortem miraculis clarus ab ipsa S. Dei genitrice coronâ donatus est. Hemmenrode, B. Hermanni Abbatis; qui loci S. Mariæ fundamenta jecit & prophetico spiritu clarus, aliis etiam signis refulsit. Heisterbachi, B. Guillelmi Monachi: qui ter in die lachrymas fundere solitus deflebat scelera sua præterita, passionem Domini, & exilium hujus vitæ.

JUNIUS.

E Kaléndis Júnii. * Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
s t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 29 30 1 2 3 4

IN Agro Virdunénsi: * Dedicátio Eccléſiæ de Castellióne. Eódem die, in Sabaúdiâ: * Basílica de Cheseríaco consecráta est. Item apud Trevirénses: * Anniversárium Dedicatiónis Beátæ Maríæ de Hemmenróde.] Romæ: * Natâlis Sancti Nicomédis Presbyteri & Mártyris. Apud Cæsaréam Palæstínæ sub persecutióne Maximíni: * Beáti Pámphili Presbyteri & Mártyris; cujus vitam Eusébius Cæsariénsis Epíscopus tribus libris comprehéndit: * sed & Sanctus Hierónymus scribit quæ-

dam volúmina manu ejus exaráta ſe reperíſſe ; *quæ tanto*, inquit, *amplector & ſervo gáudio :* * *ut Chræſi opes habére me credam.* Auguſtodúni :* Sanctórum Reverráni Epíſcopi, & Pauli Preſbyteri cum áliis decem ; qui ſub Aureliáno Príncipe martyrio coronáti ſunt. Romæ:* Sancti Juvéntii [Mártyris.] Ipſo die :* Sancti Caprásii Abbátis Monaſtérii Lirinénſis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Oratório.

CIſtercii, B. Petri Monachi; qui fuit unus ex illis primis lapidibus vivis quos S. P. N. Robertus in fundamenta Ordinis jecit. In Germania, B. Conradi Monachi Eghenæ; qui miſericordiâ in pauperes miſericordiam ipſe à Domino conſecutus eſt. Rigæ in Livonia, B. Alberti Epiſcopi; qui Evangelium in illis partibus prædicavit, & Ordinem Gladiferorum ſub Ciſtercienſi inſtituto quod in Cœnobio Bremenſi profeſſus erat, diſpoſuit.

♃ Quarto Nonas Júnii. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
ſ t u A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 29 30 29 1 2 3 4 5

ROMÆ, Natâlis Beatórum Mártyrum Marcellíni Preſbyteri & Petri Exorcíſtæ:* qui multos in cárcere ad fidem erudiéntes ; poſt dira víncula & plúrima torménta decollâti ſunt à Júdice Seréno. In Campánia :* *Comm. & M.*

Natális Sancti Eráſmi Epíſcopi, & Mártyris. Hic ſub Diocletiáno Augúſto primùm plumbátis, deínde fúſtibus gráviter macerátus ; pòſt resínâ, ſúlphure, pice, plumbo, cerâ, oleóque perfúſus, illæſus appáruit : * deínde ſub Maximiáno divérſis atque immaníſſimis ſupplíciis cruciátus ; tandem vocánte Dómino, ſancto fine quiévit. Lugdúni : * Sanctórum Mártyrum Photíni ejúſdem Urbis Epíſcopi ; Sancti Diáconi, Epágathi, Mathúri, Attali, Albínæ & Grati : * cùm áliis quadragínta. Hi omnes fámuli Chriſti, ſicut in Hiſtóriâ Eccleſiáſticâ ſcribitur : * páriter coronáti ſunt. Paſſa eſt quoque & Sancta Blandína ex eórum collégio : * quæ primo, ſecúndo & tértio die pulſáta cruciátibus cùm non ſuperarétur ; quarto die verbéribus acta, craticúlis exúſta & multa ália perpéſſa : * ad últimum gládio jugulátur.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Hoſpítibus.

SEndomiriæ in Polonia, Paſſio Sanctorum Monachorum Cuprunicenſium, qui pro Chriſto à Tartaris occiſi ſunt. Hortæ in Hiſpania, B. Ludovici Abbatis ; qui præfectus Congregationi Caſtellæ ſingulari pietate erga Deum, pauperes & Societatem Jeſu emicuit. Villarii in Brabantia, B. Joannis Monachi ; qui in ipſo probationis anno Chriſti deſiderio flagrans ad ipſum migravit.

3 Tértio Nonas Júnii.* Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
ſ t u A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 29 1 2 1 2 3 4 5 6

IN Cœnomániâ: * Dedicátio Beátæ Maríæ de Bellâ Branchâ. In Monaſtério de Theſáuro Rothomagénſi: * Sanctæ Clotíldæ Regínæ Francórum ; cujus caput ibídem aſſervátur.] Apud Arétum civitátem Túſciæ: * Sanctórum Mártyrum Pergentíni & Valentíni fratrum ; qui perſecutióne Décii, cùm eſſent púeri: * poſt dira ſupplícia toleráta & magna mirácula oſténſa ; gladio cæſi ſunt. In civitáte Córdubâ: * Beáti Iſáac Mónachi ; qui cùm eſſet annórum vigínti & ſeptem pro fide Chriſti gládio necátus eſt. In Território Aurelianénſi: * Sancti Liphárdi Preſbyteri [& Confeſſóris.

¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quod non débeat Mónachus lítteras.

HEmmenrode, B. Lifardi Converſi; qui abjectis operibus cordis innocentiam, morum ſanctitatem, & miraculorum gloriam eſt aſſecutus. Lorvanii in Luſitaniâ, B. Mariæ Converſæ; quæ poſt varia ſanctitatis opera, flexis genibus ante ſponſum in Sacramento præſentem, ſed oculis ac manibus in cœlum erectis ad ejus nuptias vocata eſt.

A Prídie Nonas Júnii. * Luna. 4

a b c d e f g h i k l m n p q r
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
ſ t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 1 2 3 2 3 4 5 6 7

IN Agro Coménſi: * Dedicátio Basílicæ de Aquâ Frígidâ.] Apud Illyricum [in] civitáte Síſciâ: * Natâlis Beáti Quiríni Epíſcopi ? qui pro fide Chriſti, ut Prudéntius ſcribit, ligáto ad manum molári ſaxo, in flumen præcipitátus eſt: * & cum circumſtántibus diù collocútus ne ejus terreréntur exémplo ? vix précibus ut mergerétur obtínuit. Romæ: * Sanctórum Arétii & Daciáni [Mártyrum.] In civitáte a Nivedúno: * Sanctórum Zótici, Attali & Eutycii.

a Nion in Suiſſe.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De veſtiméntis.

MOretolæ in Hiſpaniâ, B. Hilarii Converſi, qui ſanctæ humilitatis ſplendore & miraculorum gratiâ Ordinem illuſtravit. In Valle Ducis Lovanienſi, B. Margaritæ Abbatiſſæ; quæ aulæ Henrici Ducis Brabantiæ Patris ſui renuncians coruſcavit virtutibus & ſignis.

℣ Nonis Júnii. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 1 2 3 4 3 4 5 6 7 8

IN Território Rothomagénſi: * Anniverſárium conſecratiónis Eccléſiæ Fontis Gerárdi. Item, in Frígido Monte: * Dedicátio Sacélli ad Portam in honórem Sanctæ Margarítæ ℣ cujus relíquiæ ibídem póſitæ ſunt.] Apud Ægyptum: * Natális Sanctórum Mártyrum Marciáni & Apollónii ℣ quorum geſta habéntur. Item, Sancti Bonifácii Epíſcopi: * qui de Británniis véniens & fidem Chriſti géntibus evangelízans ℣ cùm máximam multitúdinem in Fríſia, Chriſtiánæ Religióni ſubjugâſſet: * noviſſimè gládio perémptus martyrium conſummávit cum Eóbano Coepíſcopo & áliis ſervis Dei.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Menſa Abbátis.

LOndini in Anglia, Paſſio Sanctorum Abbatum Guillelmi Abbatis Fontanenſis, & N. Riverienſis; qui pro causâ Eccleſiæ crudeliter necati ſunt. Villarii, B. Bonifacii Prioris, qui miſſus à S. Bernardo ad fundationem illius Cœnobii, in multis probatus ad coronam pervenit. Hemmenrode, B. Sigeri Monachi, qui zelo diſciplinæ, vitæ auſteritate, & B. Virginis cultu fuit inſignis. In Luſitania, Inſtitutio Militiæ Jeſu Chriſti.

C Octávo Idus Júnii. * Luna. 6

a b c d e f g h i k l m n p q
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 4 5 6 7 8 9

3. Lect. & M. SANCTI Norbérti Epíſcopi Magdeburgénſis: * & Fundatóris Ordinis Prænonſtratenſis. Eódem die: *] Natális Beáti Philíppi ℣ qui fuit unus de ſeptem Diacónibus. Hic ſignis & prodígiis ínclytus apud Cæſaréam requiévit: * juxtà quem tres Vírgines fíliæ ipsíus, Prophetíſſæ, tumulátæ jacent. Apud Tharſum Cilíciæ: * [Sanctórum] Mártyrum vigínti, tempóribus Diocletiáni & Maximiáni ℣ qui per divérſa ſupplícia glorificavérunt Deum in corpóribus ſuis. Romæ: * Sancti Artémii cum uxóre ſuâ Cándidâ & fíliâ Paulínâ ℣ qui Artémius gládio percúſſus: * uxor verò ejus & fília lapídibus ſunt óbrutæ. [In] civitáte Nion. Nivedúno: * Sanctórum Amántii & Alexándri, Lúcii, Donáti, Andréæ & Peregrínæ [Mártyrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De artificibus.

IN Gallæcia, B. Gundiſalvi Abbatis Azebeyri, omnium virtutum, & plurimorum miraculorum ſplendore decori. In Claravalle, B Vvalterii Monachi; qui fuit unus ex Militibus illis quos S. Bernardus ante Quadrageſimam potu cereviſiæ convertit.

7 Séptimo Idus Júnii. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
t u A B C D E F F G H M N P
28 29 1 2 3 4 5 6 5 6 7 8 9 10

IN Novo *a* Angliæ Monaſtério: * Depoſítio Sancti Robérti, primi íllius Cœnóbii Abbátis & Fundatóris ; qui à puerítiâ Deo ſérviens in omni ſanctitáte & juſtítiâ: * humilitáte, conſtántiâ & miráculis illúſtris migrávit ad Chriſtum. In Agro Pariſiénſi: * Dedicátio Eccléſiæ de Valle.] Conſtantinópoli, Natális Beáti Pauli ejúſdem civitátis Epíſcopi: * qui à Conſtántio Imperatóre apud civitátulam quandam Cappadóciæ, Cucúſam nómine, ob Cathólicam fidem pulſus exílio ; Arrianórum inſídiis crudéliter ſtrangulátus: * ad cæléſtia regna migrávit. Córdubæ: * Sanctórum Petri Preſbyteri, Evéntii, Jeremíæ, & aliórum trium [Mártyrum. 3. Leſſ. & M. *a* Neuminſter.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De diſciplína ſuſcipiendórum Fratrum.

IN Territorio Hiſpaniæ Calaguritano, B. Urracæ Abbatiſſæ de Cannas & Fundatricis; cujus exemplo & admonitionibus plurimæ Virgines adductæ ſunt in templum Regi ſponſo ſuo.

E Sexto Idus Júnii. * Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
t u A B C D E F F G H M N P
29 30 1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

Comm. IN Gálliis Sueſſiónis civitáte: * Natális Beáti Medárdi Epíſcopi Novioménſis; qui quanti fúerit mériti oſténſum eſt cùm in ejus óbitu cœli apérti ſunt: * atque antè eum divína micuérunt luminária. Córdubæ: * Sancti Abúndii Preſbyteri & Mártyris. Eódem die: * Sancti Gildárdi, Rothomagénſis Epíſcopi. Item, Sénonis: * Sancti Heráclii, Epíſcopi & Confeſſóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De fíliis nobílium vel páuperum qui offerúntur.

IN Anglia, B. Joannis Epiſcopi; qui ex Abbate de Fontibus ad ſedem Elienſem evectus in innocentiâ cordis ſui & intellectibus manuum ſuarum ſemper pavit gregem ſibi commiſſum. In Campania Galliæ, B. Medardi Abbatis de Moris, qui S. Bernardum à Chriſto crucifixo amplexatum conſpicere meruit.

9 Quinto Idus Júnii. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 7 8 9 10 11 12

ROMÆ in Monte Cœlio: * Natâlis Sanctórum Primi & Feliciáni [Mártyrum] ſub Diocletiáno & Maximiáno Imperatóribus. Hi gloriosíſſimi Mártyres longævam in Dómino vitam ducéntes ꝛ & nunc ſimul pária, nunc ſigillátim divérſa & exquisíta feréntes torménta: * tandem felícis pugnæ curſum gládio animadvérſi conſummárunt. [Pontigniáci: * Tranſlátio Sancti Epíſcopi Cantuariénſis. In Agro Gálliæ Ruthenénſi: * Dedicátio Beátæ Maríæ de Bonaválle.] In civitáte Agínno: * Páſſio Beáti Vincéntii Levítæ & Mártyris. Nicéæ: * Sancti Diomédis. In Scótiâ: * Sancti Colúmbæ Preſbyteri & Confeſſóris ꝛ magnæ & miránda virtútis viri. *Comm. & M.*

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Sacerdótibus qui volúerint in Monaſtério habitáre.

IN Territorio Belgii Namurcenſi, B. Joannis Abbatis, qui è Villario miſſus, ſanctiſſimè præfuit naſcenti Monaſterio Grandis Prati. In Britannia minori, B. Ermergardis; quæ ex Comitiſſa Nannetenſi facta Monialis in Cœnobio à ſe conſtructo, laudes meruit S. Bernardi in Epiſtolis ad illam ſcriptis.

G Quarto Idus Júnii. * Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
ſ t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 8 9 10 11 12 13

3. Lect. & M. VESONTIONE in Gálliis: * Sancti Claúdii Epíſcopi ℣ qui óbiit octávo Idus hujus menſis. Paríſiis, in Monaſteriis Sancti Antónii, & Abbátiæ líberæ: * Tranſlátio Sancti Antónii.] Romæ, viâ Aurélià: * Natális Sanctórum Basílidis, Tripódis, & Mándalis ſub Aureliáno Imperatóre & Platóne Præſide ℣ & aliórum vigínti Mártyrum. Eódem die, viâ Salária: * Páſſio Beáti Getúlii claríſſimi & doctíſſimi viri ℣ ſociorúmque ejus Cereális, Amántii, & Primitívi: * qui juſſu Adriáni Imperatóris, primò cæſi, deínde in cárcerem reclúſi ℣ poſtrémùm incéndio ſunt tráditi. Apud Nicomédiam: * Sancti Zacharíæ [Mártyris.] Autiſſiodóri: * Sancti Cenſúrii Epíſcopi & Confeſſóris. Paríſiis: * Sancti Landérici Epíſcopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Mónachis peregrínis.

IN Godlandiâ, B. Petri Abbatis Novæ Vallis; qui juxtà prophetiam S. Bernardi Monaſterium illud fundavit, & in ſimplicitate cordis ſapientiſſimè rexit. In Gallia, B. Mariæ Monialis Vallencuriæ; quæ poſt mortem apparens S. Aſcelinæ nepti S. P. N.

Bernardi teſtata eſt ſe videre in civitate Domini virtutum ſicut audierat in via. In Germania, B. Margaritæ Virginis; quæ in Monte S. Vvalburgis ſecuta eſt agnum quocumque ivit.

11 Tértio Idus Júnii. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
ſ t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 9 10 11 12 13 14

NATALIS Sancti Barnabæ Apóſtoli: * qui cùm eſſet Cyprius [à diſcípulis] cum Paulo Géntium Apóſtolus ordinátus eſt. Hujus corpus témpore Zenónis Imperatóris ipſo revelánte repértum eſt. In civitáte Aquiléiâ: * Páſſio Sanctórum Felícis & Fortunáti ſub perſecutióne Diocletiáni & Maximiáni ?, qui cùm eſſent duo germáni fratres, equúleo ſunt ſuſpénſi, atque ardéntes lámpades circa eórum látera appóſitæ: * quibus mox Dei virtúte extínctis ?, per ventrem fervénti óleo ſunt perfúſi: * atque ad últimum in confeſſióne Chriſti cápite truncáti. MM. maj.

℣ Et alibi, &c.

Lect. Reg. De Sacerdótibus Monaſtérii.

IN Claravalle, B. Rayneri Prioris, quem in Belgio S. Bernardus convertit & in Clauſtro ſuo ſanctum effecit. In Camerâ B. M. ad Bruxellas, B. Mariæ Monialis; quæ leprâ & acerbiſſimis doloribus percuſſa, mirâ animi conſtantiâ & pietate meruit conſortium S. Urſulæ & ſociarum ejus.

B Prídie Idus Júnii. * Luna, 12

a b c d e f g h i k l m n p q
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
r s t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 10 11 12 13 14 15

Comm. MEDIOLANI: * Sanctórum Mártyrum Basílidis, Cyríni, Nabóris & Nazárii sub Diocletiáno & Maximiáno Imperatóribus. Item apud præfátam urbem: * Beáti Nazárii Mártyris; quem Anolínus sub rábie persecutiónis quæ per Nerónem excitáta est, diù macerátum & afflictum in cárcere: * & cum eo sanctíssimum púerum Celsum quem idem ipse nutríerat; gládio feríri jussit Horum córpora, ut scribit Sanctus Paulínus: * cùm usque ad témpora Honórii & Arcádii Imperatórum latuíssent; Beátus Ambrósius Dómino revelánte répperit hac die: * quando a iídem Beáti Mártyres invénti sunt & transláti tantâ grátiâ decoráti; ut sanguis eórum quasi recentíssimè effúsus viderétur, & cápita quasi eo die abscíssa fuíssent: * tantúmque omnes sensérunt odórem; ut ómnium arómatum vínceret suavitátem. Festívitas verò martyrii eórum ágitur quinto Kaléndas Augusti.

a M. S. Cist.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Ordine Congregatiónis.

In

IN Claravalle, B. Guidonis Monachi; qui per visum territus & conversus meruit deinceps constantiâ vitæ & innocentiâ, cœlestibus visionibus recreari. Hemmenrode, B. Optonis Monachi humilitate insignis.

13 Idibus Júnii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3
s t u A B C D E F F G H M N P
4 5 6 7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

ROMÆ, viâ Ardeatinâ, Natális Sanctæ Felículæ Vírginis & Mártyris: * quæ nolens núbere nec idólis immoláre, trádita est cuidam Vicário qui fecit eam, perseverántem in confessióne Christi, post tenebrósam custódiam & famis inópiam levári in equúleo: * & sic demùm depóni & precipitári in cloácam. Eódem die: * Sancti Fándilæ Presbyteri, qui apud Córdubam civitátem cápite amputáto martyrium sumpsit. In Africâ: * Sanctórum Luciáni & Crescentiáni Mártyrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ordinándo Ábbate.

ANdreoviæ in Polonia, B. Nicolai, ejusdem Monasterii Abbatis & Fundatoris; qui morum sanctitate & miraculorum gloriâ fuit illustris. In Claravalle, B. Gerardi Monachi & Celleratii; cujus laudes Frater ipsius S. Bernardus commemorat Serm. 26. in Cantica. In Agro Parisiensi, secunda Translatio S. Theobaldi Vallium Cernaii Abbatis.

D Decimooctávo Kal. Júlij. * Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3
r s t u A B C D E F F G H M N P
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 12 13 14 15 16 17

Ant. & M. APUD Cæsaréam Cappadóciæ: * Natâlis Sancti Basílii Epíscopi ; qui témpore Valéntis doctrínâ & sapiéntiâ insígnis, omnibúsque virtútibus fundátus mirabíliter effúlsit. [Eódem die: * Sancti] Elisæi Prophétæ ; qui apud Samáriam Palæstínæ, ut Beátus scribit Hierónymus, situs est: * ubi & Abdias Prophéta quiéscit. In Território Suessiónis civitátis: * Sanctórum Mártyrum Rufíni & Valérii ; qui à Præside Rictiováro, post illáta sibi torménta jussi sunt decollári. In Africâ: * Sancti Quintiáni Presbyteri & Confessóris. Aureliánis: * Translátio Sancti Aniáni Epíscopi & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Præpósito.

IN Syria, Passio Sanctorum Militum Templi, qui in ódium fidei jussu Saladini per medium scissi sunt. In Germania, B. Pavonii Conversi Luxensis, signis & virtutibus celebris. In Hispaniâ Palentinâ, B. Menciæ Virginis; quæ Monasterium de Arroyo fundavit & rexit, & in pietate quam ab ineunte ætate coluerat perseveravit.

15 Decimoséptimo Kal. Júlii.* Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r f
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 13 14 15 16 17 18

IN Sicíliâ: * Natâlis Sanctórum Viti, Modésti & Creſcentiánæ; qui ſub Diocletiáno Imperatóre, poſt ollam plumbi fervéntis, poſt béſtias & catáſtas divínâ virtúte ſuperátas: * curſum glorióſi certáminis peregérunt. [In] civitáte Benevénto: * Sancti Mercúrii Mártyris. Apud Mæſiam civitátem: * Sancti Heſíchii militáris; qui cum Beáto Júlio comprehénſus: * ſub Præſide Máximo póſteà martyrio coronátus eſt. *Comm.*

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Oſtiário.

IN Claravalle, B. Vvalteri Monachi; qui ab infantia, ſanctitatis vitæ quam aſſequutus eſt, indicia dedit. Apud Bituricenſes; B. Abrahæ Abbatis de Prateâ; qui virginitatis dono & manſuetudine clarus effulſit. Rameyæ in Belgio, B. Agnetis Virginis: quæ exiguo tempore miros fecit in Religione progreſſus. In Longo-Ponte Sueſſionenſi, Elevatio corporum BB Gregorii ex Doctore quondam & Cantore Pariſienſi ejuſdem Cœnóbii Monachi, & ducum Militum Martyrum.

F Sextodécimo Kal. Júlii. * Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
ſ t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 14 15 16 17 18 19

12. Lect. & M. AQUIRIÆ in Brabántiâ: * Sanctæ Lutgardis Vírginis, quæ à Moniálibus nigris ad Ciſterciénſes tránſiens miris ardóribus & favóribus Chriſti effúlſit. In Território Laudunénſi: * Dedicátio Beátæ Maríæ de Valleclárâ.] In Gálliis apud urbem Veſontionénſem: * Sanctórum Mártyrum Ferréoli Preſbyteri & Ferrutiónis Diáconi, qui à Beáto Irenéo Epíſcopo ad prædicándum verbum Dei miſſi: * póſteà ſub Claúdio Júdice excruciáti pœnis, gládio feriúntur. Antióchiæ, Natális Sanctórum Mártyrum Cyrici & Julíttæ matris ejus: * qui poſt dira vérbera & grávia torménta, martyrii ſui curſum obtruncatióne cápitis implevérunt. Lugdúni: * Depoſítio Beáti Aureliáni Epíſcopi [Arelaténſis & Confeſſóris.] In civitáte Nannétis: * Sancti a Similiáni Epíſcopi & Confeſſóris.

a Saint Sambin.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Frátribus in viâ.

IN Scotia, B. Davidis, qui relicta Aulâ Regia Patris ſui, & Epiſcopatu S. Andreæ, factus eſt Monachus, ut germani ſui Alexandri Fuſniacenſis Converſi virtutes æmularetur.

17 Quintodécimo Kal. Júlii.* Luna. G.

a b c d e f g h i k l m n p q r
21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7
ſ t u A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 14 15 16 15 16 17 18 19 20

ROMÆ, Natâlis Sanctórum Mártyrum ducentórum ſexagínta duórum : * qui póſiti ſunt viâ Salárià véteri ad clívum cucúmeris. In Território Bituricénſi :* Sancti Gundúlphi Epíſcopi & Confeſſóris. [Eódem die :* Sancti a Vúlmari Confeſſóris ; admirándæ ſanctitátis & religiónis viri.] Aureliánis :* Sancti Avíti Preſbyteri & Confeſſóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si cui Fratri impoſſibília:

a Saint Vilmer à Samer en Boulonnois de Picardie.

IN Africâ, Paſſio S. Ferdinandi Principis Luſitaniæ & Ordinis de Avis ; qui multa à Turcis paſſus in odium fidei, in carcere Martyr occubuit. Lorvanii in Luſitania, B. Thereſæ, quæ canonicè ſeparata à Rege Alphonſo Legionenſi ſponſo ſuo, ſuſcepto habitu in prædicto Cœnobio claruit miraculis, & horâ mortis quam prædixerat deportata in Oratorium, ibi cantando flexis genibus Canticum *Magnificat*, expiravit.

18 Quartodécimo Kal. Júlii.* Luna. A.

a b c d e f g h i k l m n p q r
22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8
ſ t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 17 16 17 18 19 20 21

Comm. & M. ROMÆ, viâ Ardeatinâ, Natâlis Sanctórum Mártyrum Marci & Marcelliáni fratrum: * qui à Duce Fabiáno tenti & ad ſtípitem ligáti, in pédibus clavos acútos accepérunt: * cùmque demùm non ceſſárent laudáre Chriſtum, lánceâ per látera transfíxi, cum glóriâ martyrii ad ſyderea regna migravérunt. In Hiſpániis civitáte Málacâ: * Sanctórum Mártyrum Cyríaci & Paulæ Vírginis, qui poſt multa torménta ſibi illáta: * lapídibus óbruti, inter ſaxa ánimas cœlo reddidérunt. Alexándriæ: * Páſſio Sanctæ Maríæ Vírginis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut in Monaſtério.

IN Anglia, B. Caducani Epiſcopi, qui Diœceſi ſuæ Bengorenſi renuntians, ſuſcepto habitu Monachi, Doræ ſoli Chriſto vacavit. Schonaugiæ in Germania, B. Elizabeth Abbatiſſæ, quæ dono ſcientiæ, prophetiæ & miraculorum excelluit.

℣ Tertiodécimo Kal. Júlii. * Luna. 19

a b c d e f g h i k l m n p q r
23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9
ſ t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 17 18 19 20 21 22

Comm. & M. MEDIOLANI, Natâlis Sanctórum Mártyrum Gervaſii & Protáſii fratrum: * ex quibus priórem támdiù juſſit Aſtáſius Comes plumbátis cædi quoúſque exhaláret ſpíri-

tum ℣ seqúentem verò fústibus cæsum cápite truncári. Horum sepúlchra Sanctus Ambrósius, Dómino revelánte réperit : * & ita incorrúpta eórum córpora ac si eódem die fuíssent interémpti. Apud Ravénnam : * Sancti Ursicíni Mártyris ℣ qui sub Júdice Paulíno, post nímia torménta in confessióne Dómini immóbilis pérmanens : * cápitis abscissióne martyrium complévit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut non præsúmat.

IN Lusitania, B. Joannis Abbatis de Salseda; qui zelo & scientiâ Monasticæ disciplinæ totam Hispaniam illustravit. Hemmenrode, B. Hertuvici Prioris, qui senio & observantia regulari confectus, horâ quam prædixerat sanctè obiit.

20 Duodécimo Kal. Júlii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
s t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 18 19 20 21 22 23

ROMÆ, Depositio Sancti Nováti fratris Timothéi Presbyteri : * qui ab Apóstolis in fide erudíti sunt. Horum soróres fúerunt Potentiána & Praxédis sacræ Vírgines Christi. [In] civitáte Thomis : * Sanctórum Pauli, Cyriáci, [Felícis & Feliciánæ Mártyrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut obediéntes sint.

URatislaviæ in Polonia, S. Benignæ Virginis & Martyris; quæ pro fide & castitate à Tartaris occisa est. In Belgio, B. Joannis Abbatis de Laude, qui pietatem quam in Claravalle sub S. Bernardo suxerat, suis instillavit. In Hispania, B Machatii Conversi Vallis Bonæ, cujus merita Deus miraculis declaravit, inter quæ refertur quod fluvium sicco vestigio calcaverit.

D Undécimo Kal. Júlii. * Luna. 24

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
s t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 18 19 20 21 22 23 24

APUD Sicíliam in civitáte Syracúsa: * Natâlis Sanctórum Mártyrum Rufíni & Mártiæ. Romæ: * Sanctæ Demétriæ Vírginis. Hæc cùm ante ímpium Juliánum pro fide Christi introducerétur ℣ in confessióne [Dómini] emísit spíritum. In Pago a Madriacénsi: * Sancti Leutfridi Confessóris ℣ qui in moniméntum exímiæ sanctitátis, oratiónibus suis fontem produxísse fertur de terrâ. In Africâ: * Sanctórum Quiríaci & Apollonáris [Mártyrum.] Item Sancti Eusébii Epíscopi [Samosaténi] & Confessóris.

a Madrie en Vexin.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De zelo bono.

RODeloo in Flandria, B. Eustachii Monachi: qui ex vitâ Anachoreticâ ad Cœnobiticam transiens prædictum Monasterium construxit. In Claravalle, B. Constantini Conversi, quem S. Bernardus è patibulo ereptum, ex scelerato sanctum effecit.

22 Décimo Kal. Júlii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
s t u A B C D E F F G H M N P
13 14 15 16 17 18 19 20 21 20 21 22 23 24 25

APUD Nolam Campániæ, Natâlis Beâti Paulíni Epíscopi & Confessóris: * cujus méminit Sanctus Gregórius in libro Dialogórum. Cláruit autem non solùm eruditióne & copiósa vitæ sanctitáte: * sed étiam poténtiâ advérsus dæmones. In Británniis: * Sancti Albáni Mártyris * qui témpore Diocletiáni, in Verolámio *a* civitáte, post vérbera & torménta acérba, cápite plexus est. Passus est cum illo étiam unus de milítibus: * eò quod eum ferire jussus nolúerit. Ipso die: * Depósitio Sancti Nicéæ *b* Romatiánæ civitátis Epíscopi. Apud Alexándriam in Monte qui vocátur Ararath: * Pássio Sanctórum Mártyrum decem míllium crucifixórum. *Comm.*

a Verulam en Angleterre.

b Remisienne.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De eo quod non omnis.

IN Scotiâ, B. Adæ Epíscopi, qui ex Abbate Melrosensi ad Cathedram Cathanesiæ sublimatus, pro defensione jurium Ecclesiæ à propriis subditis cum socio Monacho vulneribus affectus, vivus igne combustus est. Villarii, B. Arnoldi Monachi: qui vitæ innocentiâ & austeritate meruit in infirmitate corporis à S. Magdalenâ curari.

F Nono Kal. Júlii. * Luna. 23.

a b c d e f g h i k l m n p q r
27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13.
ſ t u A B C D E F F G H M N P
14 15 16 17 18 19 20 21 22 21 22 23 24 25 26.

VIGILIA Sancti Joánnis Baptíſtæ. Eódem die: * Sancti Joánnis Preſbyteri ℣ quem ímpius Juliánus inaudítum, viâ Salária véteri, ante ſimuláchrum ſolis decollári præcépit. In Túſciâ civitáte *a* Utrínâ: * Sancti Felícis Preſbyteri ℣ cujus os támdiù juſſit Túrcius Præféctus lápide contúndi: * donec emítteret ſpíritum. In Británniâ, Natâlis Sanctæ *b* Ediltrúdis [Regínæ &] Vírginis: * cujus corpus, cùm úndecim annis eſſet ſepúltum ℣ incorrúptum invéntum eſt.

a Otricoli.

b Sainte Audrie.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Incipit Prológus.

CIſtercii, B. Felicis Monachi; qui è Moliſmo egreſſus cum S. P. N. Roberto ſtabilitatem mutavit, & mortuus, ad juſſum S. Stephani ejus ſucceſſoris rediit prædicens Ordinis propagationem. In Belgio Namurcenſi, B. Mariæ de Ognies: quæ in habitu Familiarium, perfectiſſimarum quarumque Monialium ſanctitatem adepta eſt.

24 Octávo Kal. Júlii * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
ſ t u A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 22 23 22 23 24 25 26 27

NATIVITAS Beâti Joánnis Baptíſtæ & Præcurſóris Dómini. In Território Pariſiénſi, vico *a* Chriſtólio: * Páſſio Sanctórum Agoárdi & Aglibérti cum áliis innúmeris promíſcui ſexûs. Romæ: * Sanctórum Fauſti & Lucéiæ cum áliis viginti duóbus. Auguſtodúni: * Depoſítio [Sancti] Simplícii Epíſcopi. *Serm.*

℣ Et álibi, &c. *a* Creteil.

Lectio Reg. Exurgámus.

IN Bonavalle Viennenſi, B. Mauritii Monachi; qui patientiâ in ægritudine, jejunio & oratione meruit inter Choros Angelorum exhalare animam. In Camerâ B. M. ad Bruxellas, Inventio corporis B. Bonifacii Epiſcopi Lauſanenſis. Alcobaciæ in Luſitania, Tranſlatio B. Petri Alphonſi, quondam ex Fratre Regis Portugalliæ ibidem Monachi.

25 Séptimo Kal. Júlii. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r
29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
ſ t u A B C D E F F G H M N P
16 17 18 19 20 21 22 23 24 23 24 25 26 27 28

APUD Pyrrhi Beræam: * Sancti Sosípatris Discípuli Beáti Pauli Apóstoli. In [urbe] Alexándria: * Sancti Gallicáni Mártyris; qui cùm triumphálibus ínfulis sublimátus accéptus essèt Augústo Constantíno & charus: * per ipsíus fíliam nómine Constántiam, ac Christi Mártyres Joánnem & Paulum ad fidem convérsus est. Hujus sacræ opinións fama póstmodùm in toto orbe in tantùm excrévit; ut ab Oriénte & Occidénte veniéntes vidérent virum ex Patrítio & Cónsule laván-tem pedes Paúperum, ponéntem mensam, aquam mánibus effundéntem, languéntibus sollicitè minístrántem: * & cætera sanctæ servitútis officia exhibéntem. Ipse verò póstea, cum sacrificáre cogerétur sub Juliáno & contémneret; percússus gládio in córpore: * Christi Martyr efficitur.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Succínctis.

IN Anglia, B. Guillelmi Abbatis Bellæ-Laudæ, qui zelo disciplinæ Monasticæ flagrans dilatando Ordini ardenter studuit. Leodii, B. Evæ Reclusæ, quæ solemnitatem Corporis Christi sollicitavit.

B Sexto Kal. Júlii. * Luna. 26.

a b c d e f g h i k l m n p q r s
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 24 25 26 27 28 29

ROMÆ, Natâlis Sanctórum Joánnis & Pauli fratrum: * quorum primus Præpósitus ℣ secúndus Primicérius Constántiæ Vírginis fíliæ Constantíni fuit: * qui póstea martyrii palmam gládio cædénte percepérunt. [In Agro Parisiénsi ad Isaræ ripas: * Dedicátio Basílicæ Regális de Malodúmo.] Apud Tridéntinam urbem: * Sancti Vigílii Epíscopi ℣ qui sub Stilicóne Cónsule, pro Christi nómine, magno lápidum imbre percússus martyrium complévit. In pago Pictaviénsi: * Sancti [a] Maxéntii Presbyteri & Confessóris gloriósi in miráculis. In Portu Valentianárum: * Sancti Sálvii Engólismensis. [Eódem die: * Sanctæ Perseverándæ Vírginis. 12. Lect. & M. a Saint Maixant.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Cùm ergò interrogassémus.

FUsniaci in Gallia, B. Bartholomæi Episcopi, qui relictâ Cathedrâ Laudunensi quam triginta sex annis sanctissimè administrarat, cùm sanctus esset, factus ibidem Monachus, adhuc sanctificatus est. Hemmenrode B. Hugonis Monachi, qui B. Davidis ejúsdem loci etiam Monachi acta scribens & imitans, factus est socius præmii ejus.

27 Quinto Kal. Júlii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r s
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 25 26 27 28 29 1

APUD Galátiam: * Beáti Crescéntis, discípuli Sancti Pauli Apóstoli, & ejúsdem civitátis Epíscopi; qui in Gállias tránsitum fáciens, verbo prædicatiónis multos ad fidem Christi convértit: * rédiens verò ad gentem cui speciáliter Epíscopus fúerat datus, Gálatas usque ad beátum finem vitæ suæ in ópere Dómini confortávit. Córdubæ: * Sancti Zóili Mártyris cum áliis decem & novem; cujus corpus, cùm longo témpore úbinam sepúltum fúerit latuísset: * venerábili Epíscopo ejúsdem loci nómine Agápio ex divínâ revelatióne manifestátum est. [In Hoiâ ínsulâ: * Translátio Sancti Florentii Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De generibus Monachórum.

SChonaugiæ in Germania, B. Danielis Abbatis; qui inter sacra Missæ solemnia sæpe gustavit & expertus est quam dulcis est Dominus. In Hispaniâ, B. Rodolphi Abbatis de Cantavos & Fundatoris, vitæ integritate illustris.

D Quarto Kal. Júlii. * Luna. 28

a b c d e f g h i k l m n p q
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
r s t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 26 27 28 29 1 2

3. *Lect.* & *M.* VIGILIA Apostolórum Petri & Pauli: Romæ: * Natális Beáti Leónis Pontífi-

cis & Doctóris. Apud Lugdúnum Gálliæ: * Sancti Irenéi Epíscopi & Mártyris ; quem constat Beáti Polycárpi Sacerdótis & Mártyris fúisse discípulum, ut scribit Sanctus Hierónymus, & Apostolórum tempóribus vicínum: * póstea verò persecutióne Severi cum omni ferè civitátis suæ pópulo ; glorióso coronátus est martyrio. Alexándriæ: * Sanctórum Mártyrum Plutárchi, Serémi, Heráclidis, Hérois, Potamiénæ & Marcellæ cum áliis tribus ; inter quos præcípuè emícuit Potamiéna Virgo: * quæ primò imménsos & innúmeros agónes pro virginitáte desúdans ; deíndè étiam pro martyrio exquisíta & inaudíta torménta perpéssa: * ad últimum igne consúmpta est.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Qualis débeat esse Abbas.

PErségniæ, apud Cœnomanos, B. Raynaldi Abbatis, exímiæ sanctitatis & abstinentiæ viri. Mellifonti in Hybernia, B. Malachi Monachi, qui quondam obsessus à dæmone & precibus S. Malachiæ liberatus, habitum Ordinis susscepit, & humilitate suâ etiam gratiam miraculorum accepit. In Monastério Germaniæ Hovenensi, B. Gudæ Conversæ, quæ vilibus delectata, familiaris puero Jesu effecta est.

29 Tértio Kal. Júlii.* Luna. E

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s		
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20		
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
21	22	23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3					

Serm. ROMÆ, Natâlis Beatórum Apoſtolórum Petri & Pauli: * qui paſſi ſunt ſub Neróne Cæſare, Baſſo & Tuſco Conſúlibus; quorum prior in eádem urbe juxtà viam Triumphálem totíus Orbis veneratióne celebrátur: * ſequens verò viâ Oſtiénſi ſepúltus pari habétur honóre. Eódem die: * Sancti Marcélli Mártyris; qui apud Caſtrum *a* Argentomácum pro fide Chriſti, unà cum Anaſtáſio militári viro, [cápite plexus] martyrio coronátus eſt. In Território Senónico: * [Sanctæ] Beátæ Vírginis.

a Argenton en Berry.

℣. Et álibi &c.

Lectio Reg. Ergò cùm áliquis ſúſcipit.

TArentaſiæ in Sabaudia, B. Petri Epiſcopi ſenioris, qui ex Abbate Firmitatis ad Cathedram illam elevatus, S. Petro dicto juniori ſucceſſori ſuo prævit ad laborem & ad coronam. Hemmenrode, B. Cunonis Monachi, qui ſtolam ſuam candidam in ſanguine Agni dealbaſſe, S. Lombardo condiſcipulo ſuo poſt obitum monſtravit.

F Prídie Kal. Júlii. * Luna. 30

a b c d e f g h i k l m n p q r
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
ſ t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 28 29 1 2 3 4

MM. COMMEMORATIO Sancti Pauli Apóſtoli: * quem, unà cum Beáto Petro cruci appénſo; cœlum, gládio necátum, excépit.

Romæ

Romæ: * Natális Beatíssimæ Lucínæ Discípulæ Apostolórum. Lemóvicis: * Sancti Martiális Epíscopi, cum duóbus Presbyteris Alpiniáno & Aratocliáno ; quorum vita miraculórum signis ádmodùm effúlsit. Ipso die: * Sancti Córsici Presbyteri ; & Leónis Subdiáconi. In Território Vivariénsi: * Sancti Ostiáni Presbyteri & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. In doctrína namque sua Abbas.

VIllárii, B. Arnulphi Conversi, qui spinis & vepribus corpus castigans, favoribus cœli ante & post mortem nobilis factus est. Duaci in Belgio, B. Frescendis Virginis, quæ in novo Cœnobio Pratensi cum labore & ærumna serviens Christo, ipsum consequi meruit.

JULIUS.

℣ Kaléndis Júlii.* Luna. G

à b c d e f g h i k l m n p q r
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
f t u A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 29 30 29 1 2 3 4 5

OCTAVA Sancti Joánnis Baptístæ.] In Monte Hor: * Depositio Aaron Sacerdótis primi. In Território Lugdunénsi, Depositio Beâti Domitiani Abbátis: * qui primus illic eremíticam vitam exércuit ; & plúrimos sibi in Dei servítio ággregans, magníque vir- 12. Lect. & M.

túribus & glorióſis miráculis valdé clarus: * colléctus eſt ad Patres in ſenectúte bonâ. [In] civitáte Engolíſma: * Sancti *a* Epárchi [Mónachi &] Confeſſóris. In pago Cœnománico: * Sancti *b* Cariléſi Preſbyteri. Item in Território Rheménſi: * Sancti *c* Theodérici Preſbyteri [& Confeſſóris.] In Británniâ: * Sancti Leonórii Confeſſóris & Epíſcopi.

a Saint Sibarch.
b Saint Calés.
c Saint Thierri.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Meminíſſe debet ſemper.

IN Firmitate Cabilonenſi, B. Bartholomæi Abbatis, fratris S. P. N. Bernardi, qui viginti annis eidem Eccleſiæ ſanctiſſimè præfuit. Dunis in Belgio, B. Jacobi Monachi, ſimplicitate & patientia celeberrimi; qui graviſſimis & diuturnis morbis probatus, vocatus eſt ad ſanitatem æternam ab ipſo S. Bernardo. Aquitiæ in Brabantia, B. Elizabeth, quæ gloriam virginitatis in matrimonio ſervatæ, poſt mortem viri humilitate Monaſtica nobilitavit.

A Sexto Nonas Júlii. * Luna. 2.

a b c d e f g h i k l m n p q r
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
ſ t u A B C D E F G H M N P
23 24 25 26 27 28 29 30 1 1 2 3 4 5 6

Serm. maj. Comm.

VISITATIO Beátæ Mariæ Vírginis ad Elízabeth.] *Hîc dicitur ſecretò à Conventu inclinato*, Ave Maria, *&c.* Romæ, viâ Auréliâ, Natâlis Sanctórum Procéſſi & Martiniáni: * qui à Beáto Petro Apóſtolo baptizáti: ſub Neróne autem oris contuſiónem, equúleum,

nervos, fustes, flammas, scorpionésque perpéssi: * novíssimè gládio cæsi martyrio coronántur. Ipso die: * Sanctórum trium Mílitum qui cum Beáto Paulo Apóstolo passi sunt. Item Sanctórum Mártyrum Aristónis, Crescentiáni, Euticiáni, Urbáni, Vitális, Justi, Felicíssimi, Felícis, Mártiæ & Symphoróſæ: * qui omnes apud Campániam glorióso martyrio coronáti sunt. Turónis: * Depositio Sanctæ Monegúndis [Deo sacrátæ Vírginis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De adhibéndis ad consílium.

UPsálæ in Suecia, Passio B. Joannis Episcopi, qui ex optimo Monacho optimus Pontifex factus, & muneris sui vices strenuè implens à piratis Estonibus trucidatus est. In Hispaniâ, B. Didaci Monachi Fiterienſis; qui S. Raymundi Abbatis sui in instituenda & regenda Calatravæ Militiâ, adjutor fuit & successor. In Agro Tolosano, Depositio Sanctorum duorum Novitiorum qui una cum Magistro suo Grandissylvæ Monacho præmium, iste doctrinæ suæ, illi obedientiæ à Domino receperunt. In Belgio, B. Mariæ Virginis, quæ generis nobilitatem contemnens, susceptо habitu Conversæ apud Nazareth ad Liram, ibidem usque ad mortem humilitate claruit.

℣ Quinto Nonas Júlii. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
s t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 30 1 2 2 3 4 5 6 7

APUD Neocæsáream Ponti, Natális Beáti Gregórii Epíscopi. & Mártyris: * qui

magnâ ſignórum ac miraculórum glóriâ prædítus ℣ inter cætera quodam témpore ut Eccléſiæ faciéndæ locus ſufficeret montem précibus movit: * [ſed & jurgántibus de quodam ſtagno duóbus frátribus factâ oratióne aquam lácui ſubdúxit & abyſſis divíno nútu reſtítuit ℣ & viréntem campum germánis concórdibus derelíquit. [In] civitáte *a* Clusínâ: * Sanctórum Mártyrum Irenéi Diáconi, & Muſtiólæ nobiliſſimæ matrónæ ℣ qui paſſi ſunt ſub Aureliáno Príncipe. In civitáte Laodícià Syriæ: * Sancti Anatólii Epíſcopi ℣ qui non ſolùm religióſis viris: * ſed & Philóſophis admiránda ſcripta derelíquit. Alexándriæ: * Sancti Triphónis, & alióram decem Mártyrum. Conſtantinópoli: * Sancti Eulógii, [item Eufémiæ, Acácii & Demétrii Mártyrum.

a Chiouſe in Toſcane.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quæ ſint inſtruménta.

HEmmenrode, Depoſitio BB. triginta quinque Monachorum, qui eodem pene tempore defuncti, pariter Angelorum concentibus dum terræ mandarentur clarificari meruerunt. In Agro Tareſcæ Rhemenſi, B. Thomæ Prioris Bonifontis, qui ſanctitate & doctrina clarus præfuit & profuit.

C Quarto Nonas Júlii. * Luna. 4

a b c d e f g h i k l m n p q r
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

OSEE [& *a* Aggæi] Prophetárum. In Africâ : * Natâlis Sancti Jucundiáni Mártyris in mare mersi. Apud Syrmium * Sanctórum Mártyrum Innocéntii & Sabástiæ cum áliis trigínta. In Território [Vastíni *b*] Bitúricæ civitátis : * Sancti Lauriáni [Epíscopi Hispalénsis &] Mártyris ; cujus caput Hispalim ad Hispánias deportátum est. Turónis : * Translátio [córporis] Beáti Martíni Epíscopi & Confessóris ; & ordinátio Episcopátus ejus : * [& Dedicátio Basílicæ ipsíus.

a De Aggæo, Usuard. 16. Decemb.

b Vatan.

℣. Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Obediéntia.

IN Claravalle, B. Sagali, Abbatis Clarimariſci, admirandæ sanctitatis viri. Carixti in Longobardia, B. Bertrami Monachi ; qui genere & sanctitate nobilis, victorque dæmonum, sic Assumptioni B. V. devotus fuit, ut etiam ad tertium cœlum aliquando raptus, de ipsâ & de propriâ prædestinatione mernit audire arcana verba quæ non licet homini loqui.

5 Tértio Nonas Júlii.* Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
r s t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

APUD Syriam, Natâlis Sancti Domítii Mártyris : * qui virtútibus suis multa íncolis benefícia præstat. Romæ, Natâlis San-

ctæ Zoæ uxóris Beâti Nicóstrati Mártyris : * quæ dum ad confessiónem Sancti Petri oráret ; à persecutóribus arctáta & in custódiam durissimam trusa : * deínde à collo & à capíllis in árbore suspénsa adhíbito subter horríbili fumo ; in confessióne Dómini emísit spíritum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Taciturnitáte.

VIllarii, B. Everardi Conversi cognomento silentiarii, qui ob silentii observantiam, sequens Domini præceptum percussus in maxillam præbuit & alteram. In Camera Beatæ Mariæ ad Bruxellas, B. Marthæ Virginis; quæ S. Aleydi leprosæ ministrans, facta est socia gloriæ ipsius sicut fuerat particeps miseriæ.

E Prídie Nonas Júlii. * Luna. 6

a b c d e f g h i k l m n p q r s
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
t u A B C D E F F G H M N P
28 29 30 1 2 3 4 5 5 6 7 8 9 10

12. Lect. & M. OCTAVA [Sanctórum] Apostolórum : * & primus Beâti Pauli in urbem Romam anno secúndo Nerónis Impérii, ingressus. In Judæâ : * Isayæ Prophétæ ; qui sectus in duas partes occúbuit : * sepultúsque est sub quercu Rogel juxta tránsitum aquárum. Romæ, Natâlis Sancti Tranquillíni Mártyris : * [Patris Marci & Marcelliáni Mártyrum ; qui ad prædicatiónem Beâti Sebastiáni credens in Christum : *] dum ad Beâti Pauli confessiónem

oráret ℣ tentus à pagánis ac lapidátus martyrium consummávit. Ipso die in pago Maginénsi: * Sancti *a* Goáris Presbyteri & Confessóris. ℣ Et álibi, &c.

a S. Guévre à Treves.

Lectio Reg. De Humilitáte.

IN Polonia, Passio S. Benedictæ Virginis Glascovienſis, in odium fidei à Barbaris trucidatæ. In Claravalle, B. Guillelmi Episcopi; qui relictâ sede Cathalaunensi quam sanctè rexerat, & Monachus ibi factus, in sancta confessione vitam finivit. In Valle S. Petri Heisterbacensis, B. Hermanni Monachi, qui Cantoris officio strenuè functus, dono discretionis spirituum & revelationibus cœlestibus claruit.

7 Nonis Júlii. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r s

12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28

t u A B C D E F F G H M N P

29 30 1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

IN Agro Namurcénsi: * Dedicátio Beátæ Maríæ de Bonéffia.] Apud Alexándriam, Natâlis Sancti Panthéni viri apostólici & omni sapiéntia adornáti: * cui tantùm stúdii & amóris erga verbum Dei fuit ℣ ut étiam ad prædicándum Christi Evangélium ómnibus géntibus quæ in Oriéntis últimis secéssibus recondúntur: * fídei & devotiónis calóre [succénsus] profectus sit. Romæ: * Sanctórum Mártyrum Nicóstrati, Cláudii, Castórii, Victoríni & Symphroniáni ℣ quos Fabiánus Judex

per decem dies minis & blandítiis agens, cùm in nullo penitùs posset commovére: * jussit eos tértiò torquéri; ac póstea in mare præcípites dari.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Primus ítaque humilitátis.

IN Claravalle, B Roberti Conversi: qui quasi de nimia confidentia cùm jam propè expiraret à S.P.N. Bernardo correptus, eam ex obedientiæ & humilitatis operibus quæ sectatus fuerat, provenire respondit & sic in pace discessit. In Aurea Valle, Depositio Florentii, item Conversi: qui ex milite Mahumetano, per visum ad fidem & pietatem conversus sancto fine quievit. In Anglia elevatio corporis Sancti Thomæ Episcopi Cantuariensis & Martyris.

G Octávo Idus Júlii. * Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r s
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

APUD Asiam minórem: * Sancti Aquilæ & Prisíllæ uxóris ejus; de quibus in Actibus Apostolórum scríbitur. In Palæstínâ, Natâlis Beati Procópii Mártyris: * qui ab Scythópoli ductus Cæsaréam, ad primam respónsiónum ejus confidéntiam, à Júdice Fabiáno cápite cæsus est. Eódem die: * Sancti [a] Cyliáni Mártyris.

[a] S. Quilian de Vvirthbourg en Allemagne.

℣ Et alibi, &c.

Lect. Reg. Secúndus humilitátis.

ROmæ, B. Eugenii Papæ tertii: qui primùm in Claravalle vitam monasticam professus, & ex Abbate S. Anastasii Pontifex factus, Ecclesiam universam mira sanctitate & sapientia rexit.

9 Séptimo Idus Júlii. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
s t u A B C D E F F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

OCTAVA Visitatiónis Beátæ Maríæ Vírginis. In Território Parisiénsi: * Beâti Theobáldi Válium Sernáii Abbátis ? cujus sacra ossa primùm è Capítulo in Sacéllum, & inde in navim Eccléſiæ transláta magno pópuli concúrsu colúntur.] Romæ ad Guttam júgiter manántem: * Natâlis Sancti Zenónis Mártyris ? & aliórum decem míllium ducentórum trium. Eódem *a* die: * Beâti Cyrílli Epíscopi ? qui flammis injéctus, cùm illæsus evasíſſet, ac ſtupóre tanti miráculi à Júdice Lúcio eſſet dimíſſus: * rursùs inſtánti & álacri prædicatióne factâ de Christo, ab eódem cápite plexus eſt. In civitáte *b* Thora, Páſſio Sanctórum Anathóliæ & Audácis ſub Décio Imperatóre: * quorum Anathólia Christi Virgo divérſis plagárum genéribus vexáta ? noviſſimè gládio tranſverberáta eſt in oratióne: * Audax quoque in cuſtódiam datus ? nec mora: * capitáli ſententiâ coronátur. [In] civitáte *c* Mártulæ: *

12. [Lect. & M.

a Gortyne en Cypre.

b Thiore en la Sabine d'Italie.

c Martole en Spolete.

Sancti Brictii Episcopi & Confessóris ; qui pro confessióne Dómini, postquam est multa perpéssus, & ab Angelo Sancto ac Beáto Petro Apóstolo confortátus : * magnas populórum credéntium multitúdines omnipoténti Deo lucrifáciens quiévit in pace.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Tértius humilitátis.

IN Territorio Cabilonensi, Passio Sanctorum quinquaginta Monachorum qui cum Abbate suo de Firmitate, ab exercitu hæreticorum in odium fidei interempti sunt. In Occitania, B Rodolphi Monachi : qui assertâ veritate fidei contra Albigenses, laboribus exhaustus, sed plenus dierum, sanctitate clarus migravit ad Dominum. Abulæ in Hispaniâ, depositio Petronillæ Virginis : quæ per viginti annos in Monasterio S. Annæ pugnans cum diabolo, orationibus, vigiliis & carnis afflictatione victrix ascendit in cœlum.

B Sexto Idus Júlii. * Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
s t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 9 10 11 12 13 14

Comm. & M. ROMÆ : * [Sanctórum] septem fratrum filiórum Sanctæ Felicitátis ; id est Januárii, Felícis, Philíppi, Siláni, Alexándri, Vitális, & Martiális ; è quibus Januárius, témpore Antoníni, post vérbera virgárum & cárcerem ad plumbátas occísus est : * Felix & Philíppus fústibus mactáti ; Silánus præcipítio interémptus est : *

Alexánder, Vitális, & Martiális capitáli sententiâ puníti. In Africâ: * Natâlis Sanctórum Januárii, Maríni, Náboris & Felícis decollatórum. Item Romæ: * Sanctárum Vírginum Rufínæ & Secúndæ; quæ sub persecutióne Valeriáni & Gallién torméntis subáctæ: * ad últimum, una cápite illíso, áltera cæsâ cervice, migravérunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quartus humilitátis.

IN Agro Tolosano, Sanctorum quadraginta quinque Monachorum Grandisylvæ: quorum gloria manifestata est cuidam Converso ejusdem Monasterii & sanctitatis, nomine Bernardo; sub Pontio Abbate. In Bituricis, B. Roberti, Conversi Fonris Mauriniaci: qui de prædestinatione sua securus sancto fine quievit.

11 Quinto Idus Júlii. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
r s t u A B C D E F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 10 11 12 13 14 15

TRANSLATIO Sancti [Patris nostri] Benedícti Abbátis: * & Sanctæ Scholásticæ Soróris ejus. Apud Arméniam minórem [in] civitáte Nicópoli: * Natâlis Sanctórum Mártyrum Januárii & Pelágiæ; qui in equúleo, úngulis, & testárum fragméntis, diébus quátuor cruciáti martyrium implevérunt. In Mauritániâ Cæsariénsi: * Sanctæ Martiánæ Vírgi- *MM. maj. Indulg. plen.*

nis & Mártyris. In Território Senónico: * Beâti Sidrónii Mártyris. Item in pago Pictaviénsi: * Sancti *a* Sabíni Confessóris. [Romæ: * Pássio Sanctórum Stéphani & Leóntii.

a Saint Savin.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quintus humilitátis.

CIstercii, B. Joannis Monachi: qui è Molismo cum S. P. N. Roberto Cistercium veniens, ibidem coruscus vita & miraculis, sancto fine quievit. Savigniaci in Neustria, B. Alberici, qui primus illuc ex Ordine nostro Abbas à S. P. N. Bernardo directus & speciali *b* Epistolâ commendatus, post diuturnum & sanctissimum illius Monastérii regimen, migravit ad Dominum.

b Epist. 273.

D Quarto Idus Júlii. * Luna. 12.

a b c d e f g h i k l m n p q r
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2
s t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16

IN Monastério Passiniáno prope Florén-tiam: * Sancti Joánnis Gualbérti Abbátis & Institutóris Ordinis Vallis-Umbrósæ.] Apud Cyprum: * Beâti Jasónis antíqui Christi discípuli. In [civitáte] Aquiléiâ, Natâlis Sancti Hermágoræ Epíscopi, discípuli Beâti Marcæ Evangelístæ: * qui inter mirácula sanitátum & prædicatiónis instántiam, ac populórum conversiónem ? plúrima pœnárum génera expértus: * ad últimum cum Fortunáto Archidiácono suo, capitáli supplício perpétuum mé-

3. Lect. & M.

ruit triúmphum. In [civitáte] Cæsáreâ : * Sancti Dii.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Sextus humilitátis.

IN Gallia, B. Lamberti Cistercii Abbatis, qui per sexennium toti Ordini imò & Ecclesiæ universali in multis profuit. In Suecia, Passio BB. Monachorum Novæ-Vallis, qui cum Abbate suo post sacra Missarum solemnia & communionem ab hostibus Ecclesiæ interempti in aquas demersi sunt. In Lusitania, B. Desiderii Conversi : qui insignem Alcobaciæ Ecclesiam, virtutibus & signis decoravit.

13 Tértio Idus Júlii. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r s
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4
t u A B C D E F F G H M N P
5 6 7 8 9 10 11 12 12 13 14 15 16 17

ROMÆ : * venerátio Sancti Anacléti Papæ & Mártyris. Eódem die : *] Joélis & Esdræ Prophetárum. Apud Macedóniam : * Beáti Siléæ Apóstoli ; qui cùm esset unus de primis Frátribus & ab Apóstolis ad Eccléstas Géntium destinátus : * prædicatiónis offícium grátiâ Dómini plenus instánter consummávit ; atque in passiónibus suis Christum claríficans póstmodùm requiévit. In Africa : * Sanctórum Confessórum Eugénii Carthaginénsis Epíscopi glorióti ; & univé si Cleri Eccléstæ ejúsdem : * qui cæde, inediá que maceráti, ferè quingén- *Comm. & M.*

ti, vel eò ámpliùs ꝛ procul exílio crudéli trúsi sunt. Erant autem in eis nobilíssimi Archidiáconus nómine Salutáris,& Murítta secúndus in offício minístrórum: * qui tértiò Confessóres effécti, glorióſæ in Christo perſeveránti título illustráti sunt. In Británniâ minóri: * Sancti a Turiáni Epíscopi & Confessóris ꝛ miræ simplicitátis & innocéntiæ viri.

a Saint Turiafe.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Séptimus humilitátis.

VIllarii in Brabantia, Beati Henrici Conversi, qui licet summâ humilitate & simplicitate pauperibus serviens, in desperationis laqueos penè à dæmone actus est, sed divinitùs certior factus de salute, eam tandem meruit gloriosè adipíſci. In Lusitania, B. Mariæ, quæ in Monasterio de Odivelas à Rege Dionysio patre suo constructo, nobilitatem sanguinis virginitate & humilitate illustravit.

F Prídie Idus Júlii. * Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q r
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4
s t u A B C D E F F G H M N P
5 6 7 8 9 10 11 12 13 13 14 15 16 17 18

3. Lect. & M. LUGDUNI, Depositio Sancti Bonaventúræ Cardinális & Episcopi Albanénsis ꝛ Confessóris ac Doctóris Ordinis Minórum: * doctrínâ & vitæ sanctitáte celebérrimi. In Agro Aurelianénsi: * Dedicátio Beátæ Maríæ de Cúria Dei. Item in Sabáudia: * Anniversárium Dedicatiónis Eccléſiæ de Cheseriáco.] Apud

Pontum, Natâlis Beâti Phocæ Epíſcopi civitátis Sínopis: * qui ſub Trajáno Imperatóre [& Præfécto Africáno ?] cárcerem, víncula, ferrum, ignem pro Chriſto ſuperávit. Alexándriæ: * Sancti Heráclæ Antíſtitis ? ob cujus opiniónem celebérrimam mémorat ſe Africánus Hiſtoriógraphus ad eum properáſſe. [Lugdúni in Gállia: * Depoſítio Sanctórum Juſti & *a* Amíci Epíſcopórum.

a Saint Amic.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Octávus humilitátis.

15 Idibus Júlii. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5
ſ t u A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 12 13 14 14 15 16 17 18 19

IN Território Armoricórum Veneténſi: * Dedicátio Beátæ Maríæ de Précibus. Item Dedicátio Baſílicæ de inſúla Dei Lucionénſi.] Níſibi: * Natâlis Sancti Jacóbi Epíſcopi magnæ virtútis viri. Hic unus fuit ex número Confeſſórum ſub perſecutióne Maximíni: * & eórum qui in Nicænâ Synodo perverſitátem Arrii, Omoóuſii oppoſitióne damnavérunt. Romæ in Portu: * Natâlis Sanctórum Eutrópii [Mártyris &] Zóſimæ ac *a* Bonóſæ ſorórum. Apud

a Sainte Veneuſe.

Carthágine: * Sanctórum Mártyrum Catúlini Diáconi, Januárii, Florentii, Júliæ & Justæ; qui sunt pósiti in Basílicâ Fausti. Alexándriæ: * Sanctórum Philippi, Zenónis, Narsei & decem infántum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Nonus humilitátis.

JN Claravalle, B. Balduini; qui à S. P. N. Bernardo præcipui inter cæteros amoris speciali prærogativa dilectus, & factus Abbas Reatinus, piissimis moribus Monachos sibi commissos informavit. Valentiæ in Hispania, B. Theresæ: quæ ex Regina facta Monialis in Monasterio de Gratia quod extruxerat, tantis miraculis coruscavit, ut etiam nunc, everso funditùs prædicto Cœnobio Fluvii Turiæ inundatione, corpus ejus incorruptum & membris ac vestibus integris vividum perseveret.

A Decimoséptimo Kal. Augústi.* Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6
s	t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P	
7	8	9	10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20	

Serm. maj. FESTIVITAS Sancti Patris nostri Stéphani, tértii Abbátis Cistércii & Ordinis Institutóris: * cujus óbitus contigit quinto Kaléndas Aprílis.] Apud Antiochiam Syriæ, Natâlis Beáti Eustáchii Epíscopi & Confessóris sub Constántio Príncipe: * qui ob Cathólicam fidem, Trajanópolim civitátem Thráciæ pulsus exílio; ibídem requiévit. Apud Ostia [Tyberína,] Páffio Sancti Hilaríni Mónachi: * qui

qui cùm nollet, ſub perſecutióne, Juliáni ſacrificáre ? fúſtibus cæſus martyrium ſumpſit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Décimus humilitátis.

CIſtercii, B. Alani qui, ex nobili Magiſtro Pariſienſi, factus ibidem Converſus & oves paſcens, agnitus licet in Concilio Lateranenſi quarto cum ſumma gloria, in humilitate ſui ſtatûs, recuſatis Eccleſiæ dignitatibus, perſeveravit uſque ad mortem. In Claravalle, B. Arnaldi Monachi: qui à S. Bernardo potenter converſus, multiplicatis infirmitatibus & auſteritatibus acceleravit ad vitam. Eberbaci in Germania, B. Yverneri Monachi: qui ſenectute, numero annorum non computatâ, venerabilis, devotione cordis & mortificatione corporis acceptabile Deo ſacrificium jugiter immolavit.

17 Sextodécimo Kal. Augúſti. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q
22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 16 17 18 19 20 21

ROMÆ: * Sancti Alexii Confeſſóris. In Agro Gálliæ Meldénſi: * Dedicátio Eccléſiæ de Ponte Dominárum.] Carthágine, Natâlis Sanctórum Mártyrum Scillitanórum: * id eſt Speráti, Nárthali, Cithíni, Bothúrii, Felícis, Aquilíni, Lætátii, Januáriæ, Generóſæ, Báſſiæ & Secúndæ ſub Saturníno Præféćto ? qui poſt primam [Chriſti] confeſſiónem, in cárcerem miſſi & in ligno confixi: * deíndè gládio decolláti ſunt. Et álibi, &c. *Comm.*

Lectio Reg. Undécimus humilitátis.

IN Territorio Poloniæ Cracovienſi, Paſſio S. Staniſlai Abbatis S. Crucis de Monte Calvo : qui cum octoginta duobus Monachis ſuis à Tartaris pro fide Chriſti necatus eſt. Hemmenrode in Germania, B. Arnoldi Monachi, quem poſt obitum gloriâ coruſcantem vidit B. Iſembardus ejuſdem loci Sacriſta.

C Quintodécimo Kal. Augúſti.* Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r
23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8
ſ t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 17 17 18 19 20 21 22

a Tivoli. *Comm. & M.*

TIBURE *a* in Itália : * Natâlis Sanctæ Symphoróſæ cum ſeptem filiis Creſcénte, Juliáno, Neméſio, Primitívo, Juſtíno, Stactéo, & Eugénio ; quorum mater ſub Adriáno Príncipe ob inſuperábilem conſtántiam, primò palmis cæſa, deíndè crínibus ſuſpénſa, noviſſimè ſaxo alligáta in flumen eſt præcipitáta : * filii autem ſtipítibus ad tróchleas exténti ; divérſo mortis éxitu martyrium complevérunt. Apud Cartháginem : * Sanctæ Guddénis Vírginis ; quæ juſſu Rufíni Procónſulis ob Chriſti confeſſiónem, quater divérſis tempóribus, equúlei extenſióne vexáta & ungulárum horréndâ laceratióne cruciáta : * cárceris étiam ſqualóre diutíſſimè afflicta ; noviſſimè gládio cæſa eſt. [In] civitáte Doróſtoro : * Sancti Æmiliáni Mártyris : In pago *b* Aquilinénſi : * Sancti Arnúlphi Mártyris ; qui à

b Pays de Liveline en Beauce.

Sancto Remígio in baptísmate susceptus: * à malívolis occísus est. Metis in Gálliâ, Translátio Sancti Arnúlphi Epíscopi & Confessóris: * cujus corpus è c Romaricomonte, undécimo post óbitum mense ℣ in Eccléſia ejus nómine dicátâ honorificè cónditum fuit. c Remiremont.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Duodécimus humilitátis.

HEisterbachi in Germania, B. Theodorici Monachi, quondam de Vvida Comitis: qui maluit latere humiliter in Monastério quàm principari in sæculo. In Belgio juxta Insulas, B. Berthæ primæ Virginum Marchetensium Abbatissæ: quæ etiam in statu viduitatis plurimis virginibus anteferenda fuerat.

19 Quartodécimo Kal. Augústi. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r
24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9
s t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 18 19 20 21 22 23

NATALIS Sancti Epáphræ: * qui à Beáto Paulo Colóssis ordinátus Epíscopus ℣ clarus virtútibus ibídem martyrii palmam pro óvibus sibi commendátis viríli agóne percépit. Apud Thebáidam: * Sancti [Patris nostri] Arsénii ℣ de quo in verbis seniórum refértur quia propter redundántiam lachrymárum tergéndam, sudárium semper in sinu vel in manu habúerit. In Hispánia, civitáte Hispali, Pássio Sanctárum Justæ & Rufinæ: * quæ

à Præside Diogeniáno comprehénſæ ; primò equúlei extenſióne & ungulárum laniatióne vexátæ ſunt : * pòſt cárcere, inédiâ & [váriis] dolóribus afflictæ ; tandem Juſta in cárcere ſpíritum exhalávit : * Rufínæ verò cervix confráćta in confeſſióne eſt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Officiis divínis.

CIſtercii, depoſitio Reverendiſſimi Henrici, ejuſdem loci Abbatis trigeſimi : qui cum ſanctitatis laude Ordini præfuit. In Claravalle, B Godefridi Epiſcopi : qui ex Priore ejuſdem loci ad Sedem Lingonenſem juſſu Summi Pontificis, licet renitens, evectus æquali ſanctitate & ſapientia in utroque ſtatu inſignis fuit. Ibidem B. Gumari : qui regno Sardiniæ renuntians, pauper & humilis Monachus factus juxta prophetiam S. Bernardi, confectus ſenio regno, potitur æterno. In Belgio, B. Margaritæ, quæ illuſtrior fuit virtutibus propriis in Monaſterio Flinenſi, quàm regio ſanguine Cypro unde orta erat.

E Tertiodécimo Kal. Auguſti.* Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
ſ t u A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 19 19 20 21 22 23 24

Comm. APUD Antióchiam : * Páſſio Beâtæ Margarítæ Vírginis & Mártyris. [Eódem die : *] Natâlis Beâti Joſeph qui cognominátus eſt Juſtus. Hic prædicatiónis & ſanctitátis officio inſérviens, multámque pro fide Chriſti perſecutiónem ſuſtinens ; victoriosíſſimo fine in Judæâ quiévit : * de quo refértur quod ve-

nénum bíberit & nihil ex hoc triſte pertúlerit propter Dómini fidem. Apud Damáſcum : * Sanctórum Sabíni, Máximi, Juliáni, Macróbii, Cáſſiæ & Paulæ cum áliis duóbus. [In] civitáte Córduba : * Sancti Pauli Diáconi & Mártyris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quot Pſalmi dicéndi ſint.

IN Claravalle, B. Maſcelini; qui illuc propter negotium quoddam à Colonienſi Epiſcopo miſſus, ex Preſbytero Moguntino Monachus factus eſt & imitator S P. N. Bernardi, à quo & converſus fuerat. In Agro Aquitaniæ Podienſi, B. Margaritæ Virginis : quæ in Silva benedicta ſacrorum curam gerens facta eſt ipſa ſacrarium Spiritus Sancti. In Helvetia, depoſitio Reverendi Joannis Abbatis Mulbrunenſis : qui nolens tradere ſacra profanis, à Lutheranis multa paſſus, exul pro Eccleſia ſua occubuit.

21 Duodécimo Kal. Auguſti.* Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r
26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
ſ t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 20 20 21 22 23 24 25

ROMÆ : * Sanctæ Praxédis Vírginis. Comm. Hæc in omni caſtitáte & lege divínâ erudíta ? vigíliis, oratiónibus atque jejúniis aſſíduè vacans quiévit in Chriſto : * ſepultáque eſt juxtà ſorórem ſuam Potentiánam viâ Saláriâ. [Eódem die · *] Daniélis Prophétæ. In Gálliis civitâte Maſsíliâ, Natâlis Sancti Victóris : * qui cùm eſſet miles & nec militáre nec

idólis sacrificáre vellet ; primò in cárcerem trusus, ibíque ab Angelis visitátus : * deíndè váriis excruciátus pœnis ; novíssimè contrítus in molâ pistóriâ martyrium consummávit. Passi sunt cum eo tres Mílites : * Alexánder, Feliciánus & Longínus. Trecis : * Sanctæ *a* Júliæ Vírginis & Mártyris.

a Sainte Jules.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter æstátis témpore.

VEneris, B. Danielis Abbatis : qui ex Patritio factus Monachus, nobilior fuit virtutibus in Claustro quàm natalitiis & dignitate fuerat in sæculo. In Claravalle, B. Benedicti Monachi ; cujus merita tanti fecit Godefridus Antistes Lingonensis, ut juxta eum quem aliquando discipulum habuerat, voluerit sepeliri. In Hispania, depositio piissimi Gabrielis, qui jussu Virginis Deiparæ, Nucalæ habitum suscipiens, ibidem promptus spiritu & infirmus corpore in ipso probationis anno sanctissimè obiit.

22 Undécimo Kal. Augústi. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
s t u A B C D E F F G H M N P.
13 14 15 16 17 18 19 20 21 21 22 23 24 25 26.

MM. maj. APUD Epheſum : * Natâlis Sanctæ Maríæ Magdalénæ. [Item] Syntychen Beâtæ quæ Philíppis dormit sepúlta : * de quâ Apóstolus Paulus scribit. Ancyræ in Galátiâ : * Sancti Platónis Mártyris ; cujus gesta habéntur. In pago Rothomagénsi [Fontanéllæ] Monastério : *] Depositio Sancti *a* Wandregisílli

a Saint Vandrille.

Confessóris. In Território Arvernensi: * Sancti *b* Menelei Abbátis.

b Saint Menelé.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter Domínicis diébus.

IN Bonavalle Viennensi, B. Andreæ Monachi, qui sicut germanus S. Petri postea Tarentasiensis Episcopi, ita & virtutum ejus æmulator & socius.

23 Décimo Kal. Augústi. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r
28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
s t u A B C D E F F G H M N P
14 15 16 17 18 19 20 21 22 22 23 24 25 26 27

OCTAVA Sancti Patris nostri Stéphani Cisterícii Abbátis tértii. ℣ Natâlis Beâti Apollináris Episcopi: * qui ab Apóstolo Petro ordinátus & Ravennam missus, póstea pro fide Christi divérsas & multíplices cædes perpéssus est: * tandem autem sub Vespasiáno Cæsare inter ipsa vicíssim succedéntia sibi torménta glorióssum martyrium consummávit.

12. Lect. & M. Comm.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quómodo Matutinórum.

VIllarii in Brabantia, B. Jacobi: qui claro generi vilitatem habitûs Conversorum nostrorum præferens, in cœlo & in terra meritis sublimatus est. In Monasterio Belgii Flinensi, B Jacquelinæ Abbatissæ; quæ verbis & exemplis Apostolicam vitam inter Moniales sibi commissas duxit. Alziræ in Hispania Valentina, Inventio Sanctorum Martyrum Bernardi Monachi Populetani, Gratiæ & Mariæ sanctimonialium sororum ejus; quorum passio contigit decimo Kalendas Septembris.

B Nono Kal Augústi. * Luna. 24

a b c d e f g h i k l m n p q r
29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
s t u A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 22 23 23 24 25 26 27 28

Comm. *a* Tur sur le Lac de Volsene.

VIGILIA Sancti Jacóbi Apóstoli. In Itáliâ civitáte *a* Tyro: * Sanctæ Christínæ Vírginis ꝛ quæ in Christum credens, primò sub duóbus Judícibus torménta constánter pérferens: * novíssimè per succéssórem eórum abscissióne linguæ & sagittárum confixióne cursum martyrii sui implévit. Romæ, viâ Tiburtínâ. * Natâlis Sancti Vincéntii. Apud *b* Meride. Emèritam *b* Hispániæ civitátem: * Sancti Victóris militáris ꝛ qui cum duóbus frátribus Stercátio *c* & Anthimogéne: * divérsis examinátus supplíciis martyrium consummávit. Eódem die, Natâlis Sanctárum Nicææ & Aquiléæ: * quæ Beâti Christóphori Mártyris prædicatióne ad Christum convérsæ ꝛ martyrii palmam, cápitis abscissióne sumpsérunt. [In] civitáte Amiternínâ: * Mílitum octogínta trium. Apud Sénonas: * Sanctórum Præsulum Ursícini Epíscopi [Senonénsis ꝛ & Pavácii *d* Cœnomanénsis: * cujus Relíquiæ in Basílicâ Sancti Salvatóris ad Brayam asservántur.

c *Aliàs Renato.*

d Saint Pavace.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter privátis diébus.

HEmmenrode in Germania, B. Cunonis: qui, ex viro illustri & scelerato, ibi Conversus insignis virtutibus, paucis annis effectus est. In Hasbania, B. Christinæ Familiaris, cui cognomen mirabilis opera miranda acquisierunt.

25 Octávo Kal. Augústi * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
ſ t u A B C D E F F G H M N P
16 17 18 19 20 21 22 23 24 24 25 26 27 28 29

NATALIS Beâti Jacóbi Apóstoli, Fratris [Sancti] Joánnis Evangelístæ: * qui ab Heróde Rege decollátus est. Ejus sacratíssima ossa ab Hierosólymis ad Hispánias transláta & in últimis eárum finibus cóndita ꝛ celebérrimâ illárum géntium veneratióne excolúntur. In Lyciâ, civitáte Samon: * Sancti Christóphori qui virgis férreis attrítus & è flammis æstuántis incéndii, Christi virtúte salvátus ꝛ ad últimum sagittárum íctibus confóssus: * martyrium cápitis obtruncatióne complévit. [In] civitáte Barcínonâ: * Natâlis Beâti Cucufátis Mártyris ꝛ qui pro nómine Dómini atrocíssima tormentórum génera sub tribus expértus judícibus: * novíssimè gládio victor migrávit. Paríſiis[a]: * Translátio Sancti Germáni Epíscopi & Confessóris. MM. maj. Comm. a Aliàs Parisius.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter in natalítiis Sanctórum agántur vigíliæ.

ALvastræ in Suecia, B. Gerekini Conversi: qui totis quadraginta annis è Claustro nu quam egressus, sæpius inter Angelos meruit orando conversari. In Lusitania, B. Philippæ Virginis; quæ regi m Patris sui Petri aulam contemnens; in Monasterio de Odivelas sanctitate & doctrinâ refulsit. Herkenrode in Germania Loozensi, commemoratio Sacramenti miraculosi quod ibidem summa religione servatur.

D Séptimo Kal. Augústi.* Luna. 26.

a b c d e f g h i k l m n p q r s
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 25 26 27 28 29 30

MM. maj. DORMITIO Sanctæ Annæ Matris Beátæ Vírginis MARIÆ] Natális Sancti Heráſti: * qui Philíppis à Beáto Paulo Apóstolo Epíscopus relíctus ; ibídem martyrio coronátus quiévit. Romæ in Portu: * Sancti Hyacínthi Mártyris ; qui primò in ignem missus, deíndè in validíssimum torréntem præcipitátus, illæsus evásit: * posthæc à Consulári Leóntio, gládio percússus vitam fínivit. Viâ Latínâ: * Sanctórum Symphrónii, Theóduli & Exupériæ ; qui ígnibus conflagráti, ut in gestis Sancti Stéphani Papæ légitur: * martyrii palmam adépti sunt. Eódem die: * Translátio Sancti Marcélli Epíscopi & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quibus témporibus dicátur *Allelúia.*

IN Agro Carnotensi, B. Christiani Monachi; qui ex eremo ad Eleemosynam Cistercii veniens, multorum solatio fortiùs contra dæmonem, cui erat formidabilis, dimicavit. Alvastræ in Suecia, B. Ulphonis Monachi, qui conjugio cum S. Brigitta uxore suâ sanctè celebrato, habitum Ordinis ibidem suscipiens, quievit in Domino. In Hispania, depositio Garziæ de Vera, qui mortuâ uxore habitum induens in Horto B. M. splendorem sanguinis & militiæ quo vir nobilissimus in sæculo florebat, humilitate claustrali illustravit.

27 Sexto Kal. Augústi.* Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r s
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 26 27 28 29 30 1

APUD Nicomédiam: * Beáti ª Pantaleónis ?, qui tentus pro fide Christi, equúlei pœnâ & lámpadum exustióne cruciátus: * sed inter hæc Dómino sibi apparénte refrigerátus ?, tandem ictu gládii martyrium consummávit. Apud Ephesum: * Natâlis Sanctórum septem Dormiéntium ?, Maximiáni, Malchi, Martiniáni [Dionysii, Joánnis, Serapiónis & Constantíni: *] quorum gesta habéntur. Nicomédiæ: * Natâlis Sancti Hermolái Presbyteri ?, [cujus doctrínâ Beátus Pantáleon ad fidem Christi convérsus est: * item] Hermíppi & Hermócratis fratrum ?, qui post multas pœnas sibi illátas à Maximiáno Imperatóre: * capitáli sententiâ ob confessiónem Christi puníti sunt. Autissiodóri: * Depositio [Sancti] Ethérii

Comm. ª *de hoc Usuard. die sequenti.*

Epíscopi. Eódem die in Sicíliâ: * Beâti Simeónis Mónachi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter divína ópera.

IN Anglia B. Matthæi Monachi, cujus gloria post obitum S. Gunzelino manifestata est. Liræ ad Netam Fluvium, Depositio Annæ, admirandæ pietatis Conversæ in Cœnobio Nazareth.

F Quinto Kal. Augústi.* Luna. 28

a b c d e f g h i k l m n p q
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
r s t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 27 28 29 30 1 2

Comm. MEDIOLANI: * Pássio Sanctórum Mártyrum Nazárii & Celsi púeri. [Romæ: * Passio Sancti Victóris Papæ & Mártyris. Item Romæ: * Sancti Innocéntii Papæ & Confessóris.] In Británniâ minóri, Dolo Monastério: * Sancti Samsónis Epíscopi & Confessóris. Lugdúni: * Sancti Peregríni Presbyteri: cujus beatitúdinem miraculórum glória testátur. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quanti Psalmi per eásdem horas.

PONTINIACI, depositio B. Guichardi Episcopi; qui ex Abbate ejusdem loci ad Sedem Lugdunensem promotus, humilitatem & charitatem sic coluit, ut singulorum æquè ac omnium curam gerens, quasi nutrix foverit filios suos. Villarii, B. Ægidii Conversi, sanctitate illustris.

29 Quarto Kal. Augústi. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r s
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 28 29 30 1 2 3

NATALIS Beâtæ *a* Marthæ ſoróris [Lázari : *] quorum venerábilem memóriam extrúcta Eccléſia non longè à Bethániâ, ubi è vicíno domus eórum fuit, conſérvat. Romæ, viâ Aurélià, Natâlis Beâti Felícis Papæ [ſecúndi : *] qui à Conſtántio Augúſto ob cathólicæ fídei defenſiónem ꝛ è ſede ſuâ dejéctus & gládio necátus glorióſè occúbuit. Item viâ Portuénſi : * Sanctórum Mártyrum Simplícii, Fauſti & Beatrícis tempóribus Diocletiáni ꝛ quorum duo primi poſt multa ac divérſa ſupplícia, juſſi ſunt capitálem ſubíre ſenténtiam : * Béatrix verò eórum ſoror in Chriſti confeſſióne præfocáta eſt in cárcere. Trecis : * Sancti Lupi [Epíſcopi] & Confeſſóris ꝛ qui cum Beáto Germáno in Británniam diréctus venit : * & quinquagínta duóbus annis Sacerdótio venerabíliter functus eſt.

℣ Et álibi &c.

3. Lect. & M.

a De hac Uſuard. 27. Decemb.

Lectio Reg. Quo órdine Pſalmi dicéndi ſunt.

CIstercii, B. Alexandri Abbatis, qui scientiâ & eloquentiâ nobilis, Coloniæ miraculo conversus à S. Bernardo, factus est Monachus Claræ-vallis; inde variis gradibus conscendens ad Caput Ordinis, eique ac Ecclesiæ universali utiliter ministrans, appositus est ad Patres suos. Nazareth in Belgio, B. Beatricis Priorissæ; quæ variis pœnis carnem discrucians iter arduum egit ad cœlum.

A Tértio Kal. Augústi.* Luna. 30

a b c d e f g h i k l m n p q r
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
s t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 29 30 1 2 3 4

Comm. & M. a Corduc.

ROMÆ, Natâlis Sanctórum Abdon & Sennen subregulórum: * qui cùm in Córdula *a* civitâte Persárum, vincula paterentur à Décio †, ad últimum duxit eos Romam obligátos & divérsis pœnis macerátos: * ubi primò plumbátis cæsi †, deindè gládio interfécti sunt. Apud Africam civitâte Lucernáriâ: * Sanctárum Vírginum Máximæ, Donatíllæ & Secúndæ †, quæ [sub] persecutióne Galliéni, acéto & sale primùm potátæ: * deínde plagis acérrimis cæsæ & equúlei extensióne cruciátæ †, póstmodùm etiam cratículis exústæ, nec non ad béstias projéctæ sed ab iis intáctæ: * novíssimè gládio jugulátæ sunt. [Autissiodóri: * Sancti Ursi Epíscopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De disciplína psalléndi.

NArbonæ, B. Arnaldi Episcopi, qui priùs dùm esset Abbas Cistercii, & à S. Pontifice Innocentio III. contra Albigenses Legatus missus, in profligandis hæreticis strenuè laboravit, & ad Cathedram Narbonensem evectus sanctè quievit. Hemmenrode, B. Theodorici Monachi, cujus memoria in benedictione est.

31 Prídie Kal. Augústi. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
s t u A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 29 30 30 1 2 3 4 5

NATALIS Sancti Ignátii Confessóris, Fundatóris Societátis JESU, sanctitáte clari: * & cathólicæ religiónis ubíque dilatándæ studiosíssimi.] Ravénnæ: * tránsitus Sancti Germáni Autissiodorénsis Epíscopi, génere, fide, doctrínâ atque miraculórum glóriâ claríssimi. Apud Cæsáream, Pássio Beáti Fábii Mártyris: * qui cùm ferre vexílla præsidiália recusáret, primùm diébus áliquot in cárcerem trusus, deíndè interrogátus semel & íterùm in Christi confessióne perdúrat: * & mox à Júdice capitáli sententiâ condemnátur. In civitáte *a* Syndanâ: * Sanctórum Demócriti, Secúndi & Dionysii Mártyrum. 3. Lect. & M.

a Sinde en Afrique.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De reveréntiâ oratiónis.

IN Agro Bambergensi, B. Adæ primi Abbatis de Lancrhenhym, vitæ sanctitate celebris. Villarii, B. Godefridi Monachi, qui ex Cœnobio Affligenienſi veniens, & securioris vitæ desiderio Villa-

rienſibus ſe ſocians, fervoris ſpiritu eos ad amorem Dei accendit. Item in Belgio, B. Mariæ quæ ſuſcepto habitu apud Moniales Belloprateníes, puero Jesu addicta & familiaris effecta eſt.

AUGUSTUS.

C Kaléndis Augúſti.* Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
ſ t u A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 29 1 2 1 2 3 4 5 6

12. Leſt. & M. Comm.

ROMÆ in Exquíliis:* Dedicátio Sancti Petri ad Víncula.] Antiochiæ, Natâlis Sanctórum ſeptem Fratrum Machabæórum, cum matre ſuâ:* qui paſſi ſunt ſub Antíocho Rege. Apud Itáliam in civitáte Vercéllis:* Beáti Euſébii Epíſcopi; qui ob confeſſiónem fidei à Conſtántio Scythópolim & inde Cappadóciam relegátus:* pòſt ad Eccléſiam ſuam revérſus; noviſſimè perſequéntibus Arriánis, martyrium paſſus eſt. Item Romæ, Páſſio Sanctárum Vírginum Spei, Fídei, & Charitátis, & matris eárum Sapiéntiæ:* quæ ſub Adriáno Príncipe martyrii corónam adéptæ ſunt. Viâ Latínâ:* Sanctórum Mártyrum Boni Preſbyteri, Fauſti & Mauri cum áliis ſeptem; qui in Sancti Stéphani Papæ Actibus deſcribúntur. In Hiſpániis civitâte a Girúnda, Natâlis Sancti Felícis:* quem juſſit Judex Daciánus

a Girone.

ciánus poſt illáta tormentórum génera ? úngulis détrahi ac deíndè uſque ad oſſa laniári : * & támdiù vúlnera vulnéribus inſtaurári, uſque dum invíctum Chriſto ſpíritum réddidit. Apud Arábiam [in] civitáte Philadélphiâ : * Sanctórum Mártyrum Cyrílli, Aquilæ, Petri, Domitiáni, Rufi & Menándri ? unâ die coronatórum. In Território Pariſiénſi : * Sancti Juſtíni Mártyris. In pago *b* Liſuíno : * Sancti Neméſii Confeſſóris.

b Lievin en Lisieux.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Decánis Monaſtérii.

MOterolæ in Hiſpania, B. Petri primi ejuſdem loci Abbatis, qui ſanctitate, doctrinâ, miraculis & prophetiæ dono claruit. Hemmenrode, B Gereonis Monachi, qui pœnitentiæ & contemplationi deditus, meruit cæleſtibus revelationibus recreari. Alvaſtræ in Suecia, BB. Petri, Olai & Tordonis Monachorum, quorum nomina in libro vitæ ſcripta vidit B. Gerexinus eorum Abbas cùm ex hac vita ante eos migraret In Agro Sylvanectenſi, depoſitio Petronillæ & Ludovicæ Converſarum, quæ pari humilitatis & virginitatis laude, ſimul apud Parcum Dominarum claruerunt.

2 Quarto Nonas Augúſti. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r

8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23

ſ t u A B C D E F F G H M N P

24 25 26 27 28 29 1 2 3 2 3 4 5 6 7

ROMÆ in Cœmetério Calíxti, Natâlis Beáti Stéphani Papæ : * qui perſecutióne Valeriáni [Príncipis] cùm inſequerétur ob

Comm. & M.

Christi martyrium & staret intrépidus ante Altáre ; solemniáque júgiter cæpta perficeret:* in eódem loco in suâ decollátur sede. In Provínciâ Bithíniæ urbe Nicæâ : * Sanctæ Theódótæ cum tribus fíliis suis ; è quibus primogénitum nómine Evódium , Christum fiduciáliter confiténtem, fecit primùm Consulâris Bithíniæ fústibus cædi:* deíndè ipsam cum ómnibus fíliis igne consúmi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quómodo dórmiant Mónachi.

IN Anglia, B. Guillelmi Abbatis, qui primùm S. P. N. Bernardo à secretis serviens, Epistolam in imbre medio caracteribus siccis descripsit, deinde verò in Britanniam missus & Rievallis primus Abbas constitutus, virtutibus floruit quas prosequitur Gilbertus Abbas Serm. 41. in Cantica. In Gallia Lemovicensi, B Stephani Obazinæ Prioris, qui S. Stephani Abbatis sui virtutes omnes æmulatus est.

E Tértio Nonas Augústi.* Luna. 3

a b c d e f g h i k l m n p q r
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
ſ t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 1 2 3 4 3 4 5 6 7 8

12. *Lect. & M.* JEROSOLYMIS:* Invéntio córporum Beatíssimi Stéphani Protomártyris ; Nicodémi, Gamaliélis & Abibon. Hæc séptimo Honórii Príncipis anno reveláta [à Dómino:*] atque à Beáto Presbytero Luciáno scripta ad totíus Eccléſiæ persónam ; ómnibus ferè génti-

bus declarátur. Constantinópoli: * Natâlis Sancti Herinélli Mártyris. [Augustodúni: * Depositio Sancti Euphrónii Epíscopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De excommunicatióne.

SAlisburgi in Germania, B. Conradi Episcopi, qui quondam Abbas S. Crucis in Austria, & Patris sui S. Leopoldi, ac Beati Othonis fratris sui vestigia sectatus, inde Pontifex Frisingi, Patavii, ac demum Salisburgi, ubique greges sibi successivè concreditos sanctissimè rexit. Nonantulæ in Italia, S. Gregorii ejusdem loci Abbatis decimisexti, cujus solemnitas ibidem quotannis recolitur. In Claravalle, B. Bartholomæi Prioris vigesimioctavi, qui post multa virtutum insignia sancto fine migravit.

4 Prídie Nonas Augústi. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
r s t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 4 5 6 7 8 9

BONONIÆ: * Sancti Domínici Confessóris, & Fundatóris Ordinis Fratrum Prædicatórum: viri sanctitáte & doctrínâ clarissimi: * cujus festívitas ex constitutióne Pauli Papæ quarti hac die celebrátur: licet octávo tantùm Idus hujus mensis in pace quiéverit.] Thessalónicæ: * Natâlis Beâti Aristárchi discípuli Sancti Pauli Apóstoli. Romæ, viâ Latínâ, Pássio Sancti Tertullíni [Presbyteri] & Mártyris: * qui sub Valeriáno Imperatóre post ímpiam fústium mactatiónem & ígnium circa 12. Lit. & M.

látera aduſtiónem ac oris quaſſatiónem ꝛ atque equúlei extenſiónem [&] nervórum cæſiónem: * datâ ſenténtiâ, cápitis amputatióne martyrium conſummávit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Qualis débeat eſſe modus, &c.

ALcobaciæ in Luſitania, S. Dominici Abbatis decimi; qui deſiderio vitæ æternæ ſeminans in lachrymis, cum exultatione feliciſſimè obiit 6. Cal. Febr. Vvaterfordii in Hybernia, depoſitio viri Apoſtolici Thomæ cognomento Lombardi, Monachi; qui è Cœnobio Hiſpaniæ Superatenſi in patriam miſſus, poſt multos exantlatos labores pro fide & charitate animam poſuit. In Territorio Aurelianenſi S. Claræ Virginis loci Dominæ noſtræ, cujus oſſa olim religiosè aſſervata à ſanctimonialibus, & ſi combuſta ſint, memoria tamen ejus à peregrinis adventantibus recolitur.

G Nonis Augúſti. * Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
t u A B C D E F F G H M N P
28 29 1 2 3 4 5 6 5 6 7 8 9 10

APUD Provínciam Rhétiæ [in] civitâte Auguſtánâ, Natális Sanctæ Afræ: * quæ cùm eſſet pagána & méretrix ꝛ per doctrínam Sancti Narciſſi Epíſcopi ad Chriſtum convérſa & cùm omni domo ſuâ baptiſáta: * pro confeſſióne Dómini igni trádita eſt. Eódem die: * Sancti Oſuváldi Regis Anglórum ꝛ cujus actus commémorat Venerábilis Beda Preſbyter in geſtis ejúſdem gentis. Auguſtodúni: * Beâti

Cassiáni Epíscopi & Confessóris. Cataláunis: * Sancti *a* Mémmii Epíscopi.

a Saint Menge.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De gravióribus culpis.

EBerbaci in Germania, B. Theodorici Monachi, religione & sanctitate præclari. Item in Germania, B. Hildegundis Virginis, quæ speciali cultu S. Joanni Baptistæ devota, doctrinâ & opere ejus virtutes prosecuta est.

6 Octávo Idus Augústi.* Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r s

12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28

t u A B C D E F F G H M N P

29 1 2 3 4 5 6 7 6 7 8 9 10 11

IN Monte Thabor: * Transfigurátio [Dómini] JESU. Romæ, viâ Appiâ in Cœmetério Calíxti, Natâlis Beâti Sixti *a* [Papæ] & Mártyris: * & in Cœmetério Pretextáti, Sanctórum Felicíssimi & Agápiti Diaconórum ejúsdem ? qui cum eo sub Décio páriter decolláti sunt. Decolláti sunt cum eo, & álii quátuor: * id est Januárius, Magnus, Vincéntius & Stéphanus Subdiáconi ? ut in gestis Pontificálibus légitur. Passus est cum eis & Beâtus Quartus: * ut scribit Sanctus Cypriánus. In Hispániis, civitâte *a* Complúto: * [Sanctórum] Justi & Pastóris fratrum ? qui cùm adhuc púeri líteris imbuerèntur projéctis in scholâ tábulis ad martyrium cucurrérunt: * & mox à Daciáno

MM. maj.

a Aliàs Episcopi. Comm.

a Alcala.

tenéri jussi ; cùm se mútuis exhortatiónibus constantíssimè roborárent : * extrà civitátem prodúcti & à carnifícibus jugulati sunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui sine jussióne, &c.

IN Claravalle, B. Achardi Monachi, qui tentationibus exagitatus, multa experimento discens, novit astutias dæmonis detegere & dissipare. In Belgio, B. Jezelini Anachoretæ; qui fraterna ex acie ad singularem eremi pugnam veniens, & quatuor decim annos escâ brutorum utens servivit Domino in frigore & nuditate.

B Séptimo Idus Augústi. * Luna. 7

a b c d e f g h i k l m n p q r s
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 7 8 9 10 11 12

Comm. APUD Túsciam [in] civitâte Arétio : * Natâlis Beâti Donáti Episcopi & Mártyris sub Juliáno Imperatóre ; qui ut [Beâtus] Gregórius Papa in libris Dialogórum mémimit : * fractum à pagánis Cálicem sanctum, ad Missas orándo restaurávit. Romæ : * Sanctórum Mártyrum Petri & Juliáni cum áliis decem & octo. Apud Mediolánum : * Sancti Faustíni, témpore Cómmodi, martyrizáti.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter débeat esse sollícitus Abbas circa excommunicátos.

IN Claravalle, B. Anſulphi Monachi; cui etiam adhuc Novitio Dominus in Cruce apparens benedixit. In Cœnobio Luſitaniæ ſanctimonialium de Arouca, inventio B. Mafaldæ, cujus corpus poſt trecentos quinquaginta & ampliùs annos incorruptum & illæſum repertum fuit.

8 Sexto Idus Augúſti.* Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
ſ t u A B C D E F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 8 9 10 11 12 13

ROMÆ, viâ Oſtiénſi: * Tranſlátio a Beâti Cyríaci Diáconi & Sanctórum Mártyrum Largi & Smarágdi cum áliis vigínti ꝛ [qui] témpore Diocletiáni Imperatóris [paſſi ſunt.] Apud Viénnam Gálliæ urbem: * Sancti Sevéri Preſbyteri & Confeſſóris ꝛ qui ut ejus geſta teſtántur, causâ Evangélii prædicándi laboriósam peregrinatiónem ſuſcépit: * & ad præfátam urbem devéniens ingéntem paganórum multitúdinem verbo & miráculis ad fidem Chriſti convértit. [Tréviris: * Sanctæ Agapæ Vírginis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui ſæpiùs, &c.

Comm. & M. a Aliàs Inventio.

IN Gallæcia, B. Rogerii Prioris Meyrenſis, qui illuc à S. Bernardo miſſus totam Provinciam ſanctitatis ſuæ ſplendore illuſtravit. Caleſii in Italia, S. Famiani Monachi, qui ab adoleſcentia variis virtutibus inſignis, tandem ad eremum & ex eremo ad Cœnobium tranſiens, miraculis clarus, poſt obitum ab Adriano IV. in Sanctorum numerum relatus eſt.

D Quinto Idus Augúſti. * Luna. 9

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
ſ t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 9 10 11 12 13 14

Comm. VIGILIA Sancti Lauréntii Mártyris. Romæ: * Sancti Románi Mílitis ꝛ qui confeſſióne Beâti Lauréntii compúnctus pétiit ab eo baptiſári: * & mox jubénte Décio, cum fúſtibus exhíbitus ac decollátus eſt. Apud Colóniam Túſciæ: * Natális Sanctórum Secundiáni, Marcelliáni & Veriáni ꝛ qui témpore Décii ſub Conſulári Promóto primùm cæſi ſunt: * deínde in equúleo ſuſpénſi & úngulis abráſi, atque igne latéribus appóſito aſſáti ꝛ triumphálem martyrii palmam, cápite cæſi, meruérunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si débeant íterùm récipi Fratres exeúntes de Monaſtério.

IN Scotia, B. Vvalleni Abbatis; qui ſanguine regio ac pietate jam illuſtris, ex Canonico regulari factus eſt Rievallis Monachus, inde Meilroſæ præfectus Abbas, recuſato S. Andreæ Epiſcopatu, clarus miraculis & donis cæleſtibus quievit in pace. In Hiſpania, B. Urracæ Abbatiſſæ de Renuzo Burgenſi, quæ laboribus & ſenio confecta reliquit memoriam ſui in benedictione.

10 Quarto Idus Augúſti. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 10 11 12 13 14 15

ROMÆ, viâ Tiburtínâ: * Natâlis Beâti Laurénti Archidiáconi; qui præſénte Décio Imperatóre poſt plúrima torménta cárceris, vérberum diverſórum, laminárum ardéntium: * ad últimum in cratículâ férreâ aſſátus martyrium complévit. Eódem die, Romæ: * [Sanctórum] Mílitum centum ſexagínta quinque. MM. maj.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De púeris minóri ætáte.

CArcaſſonæ in Gallia, B. Guidonis Epiſcopi, qui apud Valles Cernaii virtutibus & doctrinâ inſignis, miſſus eſt ab Innocentio III. ad profligandos errores Albigenſium, & præfatæ Eccleſiæ præpoſitus, plenus laborum & meritorum migravit ad Dominum. In Claravalle, B. Laurentii Converſi, qui humilitate, nomen grande habuit juxta nomen magnorum qui ſunt in terris.

11 Tértio Idus Augúſti. * Luna. F

a b c d e f g h i K l m n p q r
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3
ſ t u A B C D E F F G H M N P
4 5 6 7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

MM. maj. Comm.

IN civitâte Parisiénsi: * Translátio sacræ Spíneæ Corónæ Dómini nostri JESU CHRISTI.] Romæ inter duas lauros, Natâlis Sancti Tibúrtii Mártyris: * qui sub Júdice Fabiáno, cùm nudis plantis super carbónes ardéntes ingréssus, Christum majóri confiterétur constántiâ ; duci in tértium ab urbe milliárium, atque ibídem gládio animadvérti jubétur. Item Romæ: * Sanctæ Susánnæ Vírginis ; quæ cùm esset nóbili prosápiâ orta, & Beâti Cáii Pontíficis neptis: * martyrii palmam, témpore Diocletiáni, cápitis obtruncatióne proméruit. In civitâte Camáraco: * Sancti Gaugérici Epíscopi & Confessóris. Ipso die apud Castéllum a Ebroas: * Sancti Taurini Epíscopi & Confessóris.

a Evreux.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Cellerário Monastérii.

IN Bonavalle Viennensi, memoria Institutionis solemnitatis Sanctæ Coronæ, quam S. Hugo ejus loci Abbas in Capitulo generali miraculo promovit. In Claustro, B. Danielis Monachi, Christi crucifixi amantissimi & zelantissimi imitatoris.

G Prídie Idus Augústi. * Luna. 12

a b c d e f g h i k l m n p q
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3
r s t u A B C D E F F G H M N P
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 12 13 14 15 16 17

ASSISII in Umbriâ: * Natâlis Sanctæ Claræ Vírginis, primæ plantæ páuperum fœminárum Ordinis Minórum ; quam vitâ & miráculis célebrem Alexánder quartus in número Sanctárum Vírginum rétulit.] In Sicíliâ civitâte Catínâ: * Natâlis Sancti Eúplii Diáconi ſub Diocletiáno & Maximiáno Augúſtis ; qui cùm diutíſſimè pro confeſſióne Dómini torquerétur: * tandem martyrii palmam gládio cædénte percépit. Apud Auguſtánam *a* urbem: * Sanctæ Hiláriæ matris Sanctæ Afræ Mártyris ; quæ cùm ad ſepúlchrum illíus excubáret: * ibídem pro fide Chriſti à perſecutóribus igni trádita eſt cum Dignâ, Euméniâ & Euprépiâ. Paſſi ſunt item eódem die in præfátâ urbe ſub Præféćto Pertináce: * Quiriácus, Lárgio, Creſcentiánus, Nímmia & Juliána, cum áliis vigínti. In urbe *b* Fálari, Páſſio [Sanctórum] Graciliáni & Felicíſſimæ Vírginis: * quorum ora primùm pro Chriſto lapídibus contúſa ; dehinc percúſſi gládio optátam martyrii ſuſcepére corónam. In Syriâ; * Sanctórum Machárii & Juliáni Mártyrum.

1. Lect. & M.

a Auſbourg.

b Falere en Toſcane.

¶ Et alibi, &c.

Lect. Reg. De Ferraméntis.

IN Monte S. Vvalburgis Colonienſi, B. Udevoltæ Virginis; quæ vitæ innocentiâ & ſolitudine méruit à S. Angelo morièns deduci ad ſponſum. In Claravalle, Tranſlatio nongentorum circiter Sanctorum Monachorum & Converſorum, quorum oſſa vivente S. Bernardo, è veteri Cœmeterio in Sacellum Comitum Flandriæ delata ſunt. Lorvanii in Luſitania, inventio B. Thereſæ, quondam ex Regina Legionenſi, Sanctimonialis, cujus corpus anno 1617. integrum ac vividum veſtibus nitentibus repertum eſt.

A Idibus Augúsſti.* Luna. 13

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6

t u A B C D E F F G H M N P

7 8 9 10 11 12 13 14 13 14 15 16 17 18

Comm. ROMÆ: * Beâti Hyppóliti Mártyris? qui pro confeſſiónis glóriâ, jubénte Valeriáno Præſide: * ligátus pedes ad colla indomitórum equórum, ſic per cardétum & tríbulos tractus emíſit ſpíritum. Paſſa eſt étiam Concórdia nutrix ejus: * quæ ante ipſum plumbátis cæſa [migrávit *a* ad Dóminum?] & álii decem & novem de domo ejus: * qui ſimul [cum eo] decolláti ſunt. Eódem die in foro *b* Syllæ, Natális Sancti Caſſiáni: * qui cùm adoráre idóla noluíſſet? vocátis púeris quibus docéndo exóſus fúerat, data eſt facúltas eum periméndi: * quorum quantò infírmior erat manus? tantò graviórem martyrii pœnam dilátâ morte faciébat. Pictávis, [Depoſítio] Sanctæ Radegúndis Regínæ: * cujus vita virtûtibus & miráculis latè cláruit.

a Aliàs martyrizavit.

b Imola.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si quid débeant próprium, &c.

IN Claravalle, B. Bernardi Monachi, genere & virtutibus clari; qui licet diù ſtimulis carnis ab Angelo Sathanæ colaphizatus victor & virgo evolavit in cœlum In Monte Sion Hiſpaniæ, Venerabilis Martini ejuſdem Monaſterii primi Prioris, admirandæ ſanctitatis viri.

14 Decimonóno Kal. Sept. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
ſ t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 14 15 16 17 18 19

VIGILIA Aſſumptiónis Sanctæ MARIÆ. Romæ, viâ Appiâ, Natâlis Beâti Euſébii Preſbyteri & Confeſſóris: * qui à Conſtántio Augúſto ob Cathólicæ fidei defenſiónem in quodam cubículo domûs ſuæ inclúſus, ibíque in oratióne conſtánter perſevérans dormitiónem accépit. [In Africâ: * Sancti Demétrii Mártyris. *M. Abbatialis. Comm.*

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si omnes æquáliter débeant, &c.

IN Agro Hiberniæ Limiricenſi, Paſſio Sanctorum quadraginta Monachorum, qui ab hæreticis pro fide Catholicâ occiſi, viſi ſunt in Choro canere veſperas in honorem Aſſumptionis B. V. In Livonia, B. Maynardi Epiſcopi, qui è quodam Ordinis Cœnobio in eam regionem à mercatoribus fidei prædicandæ causâ deductus, & inde Antiſtes factus, Evangelium ſignis & virtutibus confirmavit.

15 Decimooctávo Kal. Sept. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7
ſ t u A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 14 15 16 15 16 17 18 19 20

Serm. maj. ASSUMPTIO Sanctíssimæ Dei Genitrícis MARIÆ:* singuláris totíus Ordínis ac singulárum Ecclesiárum nostrárum Patrónæ. [*Ave* MARIA.] Romæ, viâ Appiâ:* Sancti Tarsícii Acólythi & Mártyris; qui cùm deférret quodam die Christi córporis Sacraménta, nec vellet ea discutiéntibus pródere pagánis:* támdiù est fústibus ac lapídibus macerátus ab eis quoúsque exhaláret spíritum; [& revolúto córpore, sacrílegi discussóres nihil Sacramentórum Christi in ejus mánibus aut véstibus invenérunt.] Christiáni autem corpus Mártyris collegérunt:* & in Cœmetério Calíxti viâ Appiâ sepeliérunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Servitóribus coquínæ.

HEisterbachi, B. Conradi Converſi, cujus ſimplicitas variis revelationibus meruit illuſtrari. In Monaſterio Hiſpaniæ Toletano, B. Mariæ Monialis, quæ à ſingulari Patrona obtinuitut eâdem die & horâ quâ & ipſa Regina cœlorum, cœlum conſcenderet.

D Decimoséptimo Kal. Sept.* Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q r
22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8
ſ t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 17 16 17 18 19 20 21

Comm. CRACOVIÆ in Polóniâ:* Sancti Hyacínthi Confessóris, Ordinis Prædicatórum; quem Clemens Papa octávus in Sanctó-

rum número rétulit.] In [urbe] Nicæâ Bithyniæ, Natâlis Beâti Urſácii Confeſſóris: * qui ſub Licínio perſecutóre, milítiâ relíctâ, ſolitáriam vitam agens ℣ tantis cláruit virtútibus ut & dæmones expulíſſe & ingéntem dracónem interemíſſe legátur. Apud civitátem Meténſium: * Sancti Arnúlphi Epíſcopi ℣ qui ſanctitáte vitæ & miraculórum glória illúſtris eremíticam vitam déligens: * beâto fine quiévit. Romæ: * Sanctæ Serénæ úxóris quondam Diocletiáni Augúſti.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De infírmis Frátribus.

NUcalæ in Hiſpania, Venerabilis Athanaſii Monachi, qui virtutibus & meritis plenus exultabundus & laudans migravit. In Belgio, BB. Fulcedis, Sanctæ, & Ruſſellæ ſororum virginum, quæ in fundamentis Cœnobii Pratenſis, primi lapides pretioſi poſitæ ſunt. Trebiniaci in Polonia, elevatio corporis S. Hedvigis miraculis coruſcantis.

17 Sextodécimo Kal. Sept. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9
ſ t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 17 18 19 20 21 22

OCTAVA Sancti Laurentii Mártyris. *Comm.* Apud Africam: * Sanctórum Mártyrum Liberáti Abbátis, Bonifácii Diáconi, Sérvii & Rúſtici Subdiaconórum ℣ Rogáti & Séptimi Monachórum & Máximi púeri: * qui [in] per-

ſecutióne Wandálicâ, juſſu Hunnérici Regis, pro confeſſióne cathólicæ fídei,& únici baptíſmatis defenſióne ℣ ſpecióſum curſum certáminis ſui coronánte Dómino perfecérunt. In [urbe] Cæſáreâ Cappadóciæ. * Natâlis Sancti Mammértis Mártyris ℣ qui paſſus eſt imperánte Aureliáno, ſub Alexándro Præſide.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ſénibus vel infántibus.

HEmmenrode, B. Ludonis Converſi cujus virginitas & humilitas formidini fuit dæmonibus, in quos etiam imperium habuit. In Luſitania, Tranſlatio S. Ferdinandi Martyris, de quo ſuprà xv. Cal. Jul.

F Quintodécimo Kal. Sept.* Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r
24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
ſ t u A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 17 18 19 20 21 22 23

Comm. APUD Preneſtínam civitâtem milliário ab urbe [Româ] trigéſimo tértio: * Natâlis Sancti Agápiti Mártyris ℣ qui cùm eſſet annórum quíndecim & amóre Chriſti, martyrio fervéret: * juſſu Aurelii Imperatóris tentus eſt ac primò nervis crudis diutíſſimè cæſus ℣ deíndè à Præſide Antíocho grávia pátitur ſupplícia: * exin cùm ex præcépto Imperatóris leónibus ſubjicerétur & mínimè eſſet læſus ℣ gládio miniſtrórum coronándus percútitur.

Eódem

Eódem die, Romæ: * Beatórum Presbyterórum Joánnis & Crispi ℣ qui [in] persecutióne Diocletiáni multa Sanctórum córpora officiosíssimè sepeliérunt: * quorum méritis & ipsi póstmodùm sociáti gáudia vitæ meruérunt. Viâ Lavicánâ: * Sanctæ Helénæ matris Constantíni Imperatóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Hebdomadário Lectóre.

IN Claravalle, B. Adæ Episcopi Morinensis, qui abdicato Præsulatu, Monachus factus, labores Pontificios sanctissimo fine córonavit. Cistercii, B. Joannis Monachi, qui cum S. P. N. Roberto è Molísmo exiens, Cistercii fundandi causâ Lugdunum adiit ac Legatum Hugonem, & in proposito perseverans, in simplicitate cordis & compunctione lachrymarum, Ordinis fundamenta cum aliis fratribus jecit. In Scotia, B. Martini Monachi doctrinâ & sanctitate clari, qui etiam stylo laudatissimo vitas Pontificum conscripsit.

19 Quartodécimo Kal. Sept.* Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
s t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 20 19 20 21 22 23 24

ROMÆ in Cilíciâ: * Natális Sancti Magni, seu Andréæ Mártyris ℣ cum sóciis suis duóbus míllibus quingéntis nonagínta septem. Romæ: * Sancti Júlii Senatóris & Mártyris ℣ qui jubénte Commodo Imperatóre, támdiù fústibus est cæsus donec emítteret spíritum. In Território Bituricénsi: * Sancti Ma-

a Au Mont Lura en Sisteron.

riáni Confessóris. In pago a Sigistérico: * Beáti Donáti Presbyteri ꝛ qui ab ipsis infántiæ rudiméntis mirâ Dei grátiâ præditus, Anachorética vitam multis annis exégit: * & miraculórum glóriâ clarus migrávit ad Christum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De mensúrâ cibórum.

IGniaci in Campania Galliæ, B. Guerini Abbatis, scientiâ, humilitate, & patientiâ in ægritudinibus celeberrimi. Cantuariæ in Anglia, altera Passio S. Thomæ Episcopi & Martyris, quando sacra ejus ossa edicto Henrici Regis octavi publicè combusta sunt.

A Tertiodécimo Kal. Sept.* Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r
26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
s t u A B C D E F F G H M N P
13 14 15 16 17 18 19 20 21 20 21 22 23 24 25

Serm. maj.

IN Território Lingonénsi, Depositio Sancti Patris nostri Bernárdi primi Claravállis Abbátis: * vitâ, doctrinâ, & miráculis in toto Orbe gloriosíssimi.] In Judæâ: * Sancti Samuélis Prophétæ ꝛ cujus sacra ossa ut [Beátus] Hierónymus scribit, Augústus Arcádius de Judæâ tránstulit in Thráciam. In civitáte a Córdubâ: * Sanctórum Monachórum Leovigíldi & Christóphori ꝛ quorum córpora post abscissiónem cápitis, igni trádita sunt. Eódem die: * Beáti Porphyrii hóminis Dei ꝛ qui Sanctum Mártyrem Agápitum erudívit in fide & doctrínâ

a Cordoüe en Espagne.

Christi. In Hério Insulâ : * Sancti Philiberti Abbátis ; qui post militiam, Christi tyrocínio mancipátus : * [multórum] Monasteriórum éxtitit Fundátor devótus.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De mensúrâ potûs.

CAndeledæ in Hispaniâ, S. Bernardi Vallis Ecclesiarum Monachi ; qui vivens fluctus vasti fluminis sicco pede calcavit, & mortuus propriâ Basilicâ & Officio Ecclesiastico à populis Extremaduræ colitur. Antuerpiæ, Depositio Venerabilis Petri Conversi, qui post obitum uxoris, in Cœnobio S. Salvatoris, quod eâ vivente extruxerat, humilitate & misericordiâ in pauperes floruit.

21 Duodécimo Kal. Sept.* Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
f t u A B C D E F F G H M N P
14 15 16 17 18 19 20 21 22 21 22 23 24 25 26

IN Diœcesi Andegavénsi : * Dedicátio Beátæ Maríæ de Chalochéyo.] In Território civitátis a Gabalitánæ : * Pássio Sancti Priváti Epíscopi & Mártyris ; qui passus est [in] persecutióne Valeriáni & Gallièni. Eódem die, Natális Sanctórum Mártyrum Bonósi & Maximiáni : * quorum gesta habéntur. In civitáte Salónâ : * Sancti Anastásii Mártyris ; qui pro confessióne nóminis Christi, jubénte Aurélio Imperatóre, interémptus est. [Item, Sancti Quadráti Mártyris.] ℣ Et álibi, &c.

a En Givaudan.

Lectio Reg. Quibus horis oppórteat refícere.

ZEdelitz in Germania, B. Heynderici Abbatis, vitæ ſanctitate clariſſimi. In Claravalle, B. Baſſi Monachi cognomento pacifici; qui fuit unus de primis ſacri illius Monaſterii alumnis. Villarii, B. Goberti Monachi; qui cùm eſſet Comes Aſperimontis in Auſtraſia, Palæſtinam à tyrannide Friderici Imperatoris vindicavit, &, illibatâ caſtitate, Monachus factus, etiam miraculis claruit. Juleyii in Burgundiâ, B. Humbelynæ ſororis S. P. N. Bernardi; quæ exemplo fratrum compuncta, & legitimè à marito ſuo ſeparata, habitum induit & auſteritate vitæ illuſtravit.

C Undécimo Kal. Sept. * Luna. 22

a b c d e f g h i k l m n p q r
28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
ſ t u A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 22 23 22 23 24 25 26 27

12. Leſ. & M. Comm.

OCTAVA Aſſumptiónis Sanctæ Deí Genitrícis. Romæ viâ Oſtiénſi: * Natális Beáti Timóthei Mártyris; qui tentus ab urbis Præfécto & longâ cárceris cuſtódiâ macerátus: * cùm ſacrificáre idólis nolúiſſet; tértiò cæſus & graviſſimis ſuppliciis attrectátus: * ad últimum decollátus eſt. Eódem die, Auguſtodúni: * Sancti Symphoriáni témpore Aurélii Imperatóris; qui cùm idólis ſacrificáre nollet: * primò verbéribus affectus; deínde cárceri mancipátus: * ad últimum, cæſo cápite, martyrium conſummávit. [Eódem die: * Sancti Hyppólyti Epíſcopi eruditióne clariſſimi; qui ſub Alexándro Imperatóre, ob præcláram fídei confeſſiónem, mánibus, pédibuſque ligátis in

altam fóveam aquis plenam præcipitátus martyrii palmam accépit: * cujus corpus à Christiánis apud eúndem locum sepúltum fuit. In Território Aústriæ Pataviénsis: * Dedicátio Beátæ Maríæ de Zúnethel. Ipso die: *] Sanctórum peregrinórum Mártyrum Martiális, Epictéti, Saturníni, Maprílis & Felícis cum sóciis eórum. Romæ: * Sancti Antoníni Mártyris ‡ qui cùm se Christiánum liberè faterétur, jubénte Vitéllio Júdice capitáli sententiâ est damnátus: * viâque Aurélia sepúltus.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut post Completórium, &c.

CHesiriaci in Gallia, B. Lamberti Abbatis; qui vitæ sanctitate & innocentiâ claruit. In Belgio, B. Godefridi Presbyteri & Monachi, qui è Villario illuc ad Sanctimonialium confessiones excipiendas missus, patientia & castitate fuit illustris.

23 Décimo Kal. Septemb.* Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r
29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
s t u A B C D E F F G H M N P
16 17 18 19 20 21 22 23 24 23 24 25 26 27 28

VIGILIA Sancti Bartholomæi Apóstoli. *a*] Natális Sanctórum Mártyrum Donáti, Restitúti, Valeriáni, & Fructuósæ cum áliis duódecim: * qui præclaríssimo confessiónis honóre apud Antiochíam coronáti sunt. Apud Lyciam [in] civitáte Ægéa: * Sanctórum

Comm. & M. a Hac Vigilia, cras tantùm Roma pranunciatur.

Cláudii, Astérii, Domnínæ & Theonillæ ; qui post acérba torménta, cruci affixi sunt. In portu urbis Romæ : * Sanctórum Hyppóliti, Quiríaci & Archelái Mártyrum. Item, Natális Sanctórum Timóthei & Apollináris : * qui apud Rheménsium urbem consummáto martyrio, cæléstia regna meruérunt. Lugdúni : * Sanctórum Mártyrum Minérvii & Eleázari cum fíliis octo. Eódem die : * Beáti Zachæi Epíscopi ; qui quartus à Beáto Jacóbo Apóstolo, Jerosolymórum Eccléstam claríssimè rexit. [Item Sanctórum Flaviáni Epíscopi Augustodunénsis : * & Sidónii Epíscopi Claromonténsis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui ad opus Dei, vel ad mensam tardè occúrrunt.

Alzitæ in Hispania, Passio SS. Bernardi Monachi, & sororum ejus Mariæ ac Gratiæ sanctimonialium, quas ad fidem converterat. Cum enim ille in Catalauniam à Rege Zeno Sarraceno Legatus mitteretur, Populetum veniens sectam Mahumetis abjuravit, & Monachus effectus, ac postea Cellerarius ; reversus est in patriam, ut Regem Carleti fratrem suum Almanzorem nomine, sorores ac totam gentem ab errore liberaret : sed solis sororibus conversis, ipse cum eis ab eodem Rege Fratre suo crudeliter necatus est clavo fronti infixo. In Germania, Depositio Venerabilis Joannis Abbatis Valdsassensis, zelo & prudentiâ Deo & hominibus dilecti.

24 Nono Kal Septemb. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r s

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

t u A B C D E F F G H M N P

18 19 20 21 22 23 24 25 24 25 26 27 28 29

NATALIS Beáti Bartholomæi Apóstoli: * qui apud Indiam, Christi Evangélium prædicans [cápitis] decollatióne martyrium complévit. Hujus Apóstoli sacratíssimum corpus primùm ad Insulam Lípparis, deíndè Benevéntum translátum ? postrémò Romam: * piâ fidélium veneratióne honorátur. Eódem die, apud Cartháginem: * trecentórum Mártyrum qui passi sunt témpore Valeriáni & Galliéni. [a Ferunt autem, inter ália supplícia, tunc à Præside clíbanum calcis accénsum & in ore ejus prunas cum thure exhibitas: * & dictum Christiánis. *Elígite unum è duobus: * aut thura super hos carbónes offérte Jovi ? aut in calcem demergímini.* Tunc trecénti viri fide armáti, ictu rapidíssimo Christum Dei Fílium faténtes se injecérunt in ignem ? & inter vapóres calcis pulvérei sunt demérsi: *] ex quo étiam candidátus ille Beatórum exércitus massa cándida méruit appellári. Massa propter número: * cándida propter méritum. In civitáte Rotho-

MM. maj. Romæ hodie prænuntiatur tantùm Vigilia S. Bartholomæi, & cras Festum.

a *MS. Usuard. sic habet.* Denique post supplicia sibi illata, Christum Dei Filium Dominum fatentes, in clibanum calcis accensum demersi sunt, &c.

mágo : * Sancti Audoéni [Epíscopi] & Confessóris ; qui sæculum salúbriter despíciens : * sanctitátis mérito, Episcópii adéptus est honórem. Nivérnis : * Sancti a Patrítii Abbátis.

a Saint Patrice.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui excommunicántur.

NAzareth, in Belgio ad Liram, B. Bartholomæi ; qui post obitum uxoris & piè educatos ac Deo sacratos liberos, fundatisque tribus Monialium Cœnobiis, videlicet Valle-Floridâ, Rameyâ & Valle-Virginum : habitum tandem Conversi suscepit, & certus de salute propriâ ac liberorum sanctè decessit In Monte Suevo seu Pussio ad oppidum Germaniæ Sulgonium, B. Tudechæ Abbatissæ ; quæ prima illius Cœnobii fundamenta in summâ corporis egestate & mentis puritate posuit. Parisiis, Depositio Venerabilis Stephani de Charmeya Abbatis, zelo disciplinæ, simplicitate cordis & multis aliis virtutibus insignis.

F Octávo Kal. Septemb * Luna. 25

a b c d e f g h i k l m n p q r s
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 25 26 27 28 29 1

MM. maj.

NATALIS gloriósi Confessóris Regis Fránciæ Ludovíci : * qui regno terréno, génere & méritis clarus ; nunc in cæléSti, divérsis mundi pártibus, crebris fulget miráculis : * cujus ossa de Tunétis castris ubi in expeditióne fídei cathólicæ decéssit ; in Monastérium Sancti Dionysii in Gálliam transláta : * ibídem cum summâ veneratióne colúntur.]

Romæ, Natális Sanctórum Mártyrum Eusébii, Pontiáni, Vincéntii & Peregríni sub Cómmodo Imperatóre: * qui primò in equúleum leváti, nervis quoque distênti, ac deíndè fústibus cæsi sunt, flammis circa látera eórum appósitis: * sed cùm in laude Christi permanérent, plumbátis usque ad emissiónem spíritûs mactáti sunt. Item Romæ: * Sancti Genésii Mártyris témpore Diocletiáni Augústi, qui fústibus primò crudelíssimè cæsus, deíndè in equúleo suspénsus: * ungulárum diutíssimâ laceratióne vexátus, lampádibus étiam inflammátus, cùm in fide [Christi] persísteret dicens: *Non est Rex præter Christum, pro quo si míllies occídar, ipsum mihi de ore, ipsum* [*mihi*] *de corde auférre non potéritis*: * martyrii corónam, cápitis obtruncatióne proméruit. Eódem die: * Beáti Genésii Arelatênsis, qui exceptóris functus officio, cùm ímpia, quibus Christiáni puníri jubebántur, edícta nollet excípere: * comprehénsus atque decollátus, martyrii glóriam, próprio cruóre baptisátus, accépit. In Hispániis civitáte Itálica: * Sancti Gerúntii Epíscopi in cárcere quiescéntis. [In Província Syriæ: * Sancti Juliáni Mártyris.] In Território Lemovicénsi: * Sancti [a] Arédii Presbyteri & Confessóris.

[a] Saint Yrié.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui fallúntur.

HEmmenrode, B. Arnoldi Monachi, cujus merita præclara commendantur. In Bonavalle Viennenſi, B. Pauli Novitii, qui in ipſo virtutis tyrocinio poſitus, ſub S. Hugone Abbate in virum perfectum evaſit.

G Séptimo Kal. Septemb.* Luna. 26

a b c d e f g h i k l m n p q
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 26 27 28 29 1 2

IN Território Burdigalénſi: * Anniverſárium Dedicatiónis Eccléſiæ de Fáſiâ.] Romæ, Natális Beáti Zephyríni & Sanctórum Mártyrum Irenéi, & Abúndii:* qui in paſſióne Beáti Laurentii legúntur. Apud Vintimílium Caſtrum Itáliæ [Ligúricæ:*] Natális Beáti Secúndi Mártyris, viri ſpectábilis & Ducis ex legióne Sanctórum Thebéorum. Item [in] civitáte Bérgomis:* Sancti Alexándri, qui & ipſe unus éxtitit ex legióne Thebeórum:* & cùm nomen Dómini Jesu conſtantíſſimè faterétur, martyrium cápitis abſciſſióne complévit. [Autiſſiodóri:* Beáti Eleuthérii Epíſcopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui in áliis quibúſlibet, &c.

IN Germania, B. Siboti, qui ex Epiſcopo Auguſtæ Vindelicorum, factus Monachus apud Keixelhain, ad Paſtoris optimi merita addidit humilitatis gloriam. In Belgio, B. Balduini Diaconi & Monachi Dunenſis, qui ſpiritûs fervore concepto, in fide ſtabilis

& in opere efficax probatus est. Heisterbachi, B. Vvillelmi Monachi, qui genere, meritis & virginitate præclarus, paulò post votorum emissionem, in Domum Domini introivit.

27 Sexto Kal. Septemb. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r s

4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

t u A B C D E F F G H M N P

21 22 23 24 25 26 27 28 27 28 29 1 2 3

OCTAVA Sancti Patris nostri Bernárdi.] Apud Cápuam, Natális Sancti Rufi Mártyris: * quem dócuit Beátus Apollináris Petri Apóstoli discípulus ℣ cùm esset Patrítiæ dignitátis. Thomis: * Sanctórum Mártyrum Marcellíni Tribúni, uxóris ejus Mannéæ, & [filiórum] Joánnis, Serapiónis [Clérici] & Petri [mílitis.] Eódem die, Natális Sanctórum Diáconi, Aurélii, Felícis, Nutáliæ, & Liliósæ: * quorum primus miræ abstinéntiæ Mónachus ab Jerosólymis Córdubam advéniens cum réliquis ex eádem urbe claro gérmine ortis ℣ diù optátum sibíque à Dómino præmonstrátum, méruit ássequi martyrium [sexto Kaléndas Augústi.] In civitáte Arelaténsi: * Sancti Cæsárii Epíscopi ℣ miræ sanctitátis, pietátis & stúdii viri. Augustodúni: * Sancti Syágrii Epíscopi & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De significándâ horâ.

12. *Lect. & M.*

ROmæ, Depositio B. Alexandri Papæ tertii, qui humilitatem & sanctitatem quam in Claravalle Mediolanensi Monachus didicerat, in Summo Pontificatu retinuit & in tantùm auxit, ut etiam post obitum ipsius gloria ejus fuerit revelata. In Agro Germaniæ Norimbergensi, B. Rapathonis Abbatis, qui Fonti Salutis vulgò Heylsbrun, à se constructo sanctissimè præfuit. In Claravalle Lingonensi, B. Gerardi Virginis, Monachi & Sacristæ; qui jugo Domini strenuè ab adolescentia sublato, obiit in meditatione Passionis Domini. In Germania, B. Elizabeth Virginis & Abbatissæ Hovenensis; quæ orationi & jejunio dedita, precibus suis, viventibus profuit & defunctis.

B Quinto Kal. Septemb.* Luna. 28.

a b c d e f g h i k l m n p q r
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
f t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 28 29 1 2 3 4.

MM. IN Africâ, Depositio Sancti Augustíni Epíscopi: * [cujus Relíquiæ] primò de civitáte sua Hipponénsi propter bárbaros in Sardíniam [delátæ ; póstea à Luitprándo] Longobardórum Rege, Ticíni a honorífice cónditæ sunt. Romæ, Natális Beáti Hermétis viri illústris: * qui, ut in Actibus Alexándri Papæ légitur, primò carceráli custódiæ mancipátus ; deínde gládio cædénte martyrium adéptus est. Constantinópoli: * Sancti Alexándri Epíscopi & Confessóris gloriósi senis ; cujus virtúte oratiónis, Arrius divíno judício condemnátus crépuit médius: * & effúsa sunt víscera ejus. Ipso die, Natâlis Sancti Juliáni

a Pavie.

Mártyris: * qui témpore persecutiónis hortátu Beáti Ferréoli ex Viennénsi urbe clandestíno discéssu ad territórium urbis Arvérnæ *b* Brivátis commigrávit: ubi tandem, desécto gútture, morte horríbili necátus est. Apud Sántonas: * Beáti Viviáni Epíscopi & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ópere mánuum.

b Briovde.

IN Hispania, B. Malachiæ Episcopi; qui ex Abbate de Ruedâ ad Sedem Uticensem & postea Jacensem evectus, ubique verbo præluxit & exemplo. In Belgio Furnensi, B. Vvalteri Abbatis Dunensis, cujus eleemosynas enarrat Ecclesia Sanctorum. Villarii in Brabantia, B. Joannis Monachi & Sacristæ, qui Actibus Sanctorum scribendis & imitandis deditus, desiderio Christi flagrans ad ipsum majori hebdomadâ migravit.

29 Quarto Kal. Septemb. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
s t u A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 29 30 29 1 2 3 4 5

DECOLLATIO vel pótiùs Invéntio Cápitis Beatíssimi Joánnis Baptístæ: * siquídem decollatiónem ejus circa solemnitátem Paschálem evenísse ex Evangélica comprobátur lectióne: quæ tamen hîc festíva recólitur: * quando caput ejúsdem secúndò repértum est in Emesâ civitáte atque in Eccléfia cónditum. Romæ, Natális Sanctæ & illustríssimæ Sabínæ Mártyris: * quæ sub Adriáno

MM.

Comm.

Imperatóre gládio percússa martyrii palmam adépta est. In [civitáte] Antióchiâ Syriæ: * Natális Sanctórum Nicéæ & Pauli Mártyrum. Ipso die: * Sanctæ Cándidæ Vírginis & Mártyris. Paríſiis: * Depositio Sancti Medérici Preſbyteri & Mónachi. In pago Tricaſsíno: * Sanctæ Sabínæ Vírginis ; quæ pro Chriſti amóre, laboriosíſſima peregrinatióne ſuſcépta: * étiam virtútibus ac miráculis glorióſa quiévit in pace. Smyrnæ: * Natális Sanctæ Basíllæ Vírginis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. A Kaléndis autem, &c.

HEmmenrode, B. Meyneri Prioris; qui bis Pſalterium quotidie recitans extrà Chorum, meruit paulò ante obitum videre & audire arcana quæ non licet homini loqui. In Polonia, B. Aleydis Virginis quæ Trebiniaci paupertatem Ciſtercienſium, Aulæ Regiæ Caſimiri patris ſui prætulit.

D Tértio Kal. Septemb. * Luna. 30

a b c d e f g h i k l m n p q r
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
ſ t u A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 29 30 1 1 2 3 4 5 6

Comm. & M. ROMÆ viâ Oſtiénſi, Páſſio Beáti Felícis Preſbyteri ſub Diocletiáno & Maximiáno Imperatóribus: * qui, poſt equúlei vexatiónem, datâ ſenténtiâ cùm ad decollándum ducerétur ; óbvius ei fuit quidam Chriſtiánus: *

[qui] dum se Christiánum spontè profiterétur, mox cum eo páriter decollátus est. Hujus nomen ignorántes Christiáni, Adaúctum eum appellavérunt: * [eò] quod Sancto Felíci auctus sit ad corónam. In pago Meldénsi: * Sancti *a* Agili Confessóris. Item, Romæ: * Sanctæ Gaudéntiæ Vírginis. *a* Saint Eli.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. In Quadragésimæ, &c.

APud Armentariam in Gallæcia, B. Eronis Abbatis, cujus tota conversátio super terram fuit in cœlis. In Germania, B. Guntheri Monachi; qui apud Novum Castrum doctrinâ & sanctitate illustris, horâ sibi à Domino prædictâ ad ipsum migravit.

31 Prídie Kal. Septemb. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
s t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 30 1 2 2 3 4 5 6 7

IN Agro Senonénsi: * Dedicátio Eccléstæ Joyacénsis.] Tréviris, Natális Sancti Paulíni Epíscopi & Confessóris: * qui témpore Arriánæ infestatiónis à Constántio Imperatóre ob Cathólicam fidem relegátus ? & usque ad mortem, extrà Christiánum nomen mutándo exília fatigátus: * ad últimum apud Phrygiam defúnctus, beátæ passiónis corónam percépit à Dómino. Eódem die apud Athe-

nas : * Beáti Aríſtidis fide, ſapientiáque cláríſſimi ; qui Adriáno Príncipi de Religióne Chriſtiánâ libros óbtulit : * & quod Chriſtus Jesus ſolus eſt Deus, præſénte ipſo Imperatóre, luculentíſſimè perorávit. Autiſſiodóri : * Sancti Optati Epíſcopi & Confeſſóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De quadrágéſimæ obſervatióne.

IN Scotia, Paſſio ducentórum Sanctorum Monachorum ab hæreticis interemptorum; quorum nomina ſunt in libro vitæ. In Campania Galliæ, B. Arnulphi; qui ex Abbate S. Nicaſii Rhemenſis factus Signiaci Monachus, appoſitus eſt ad Sanctos Abbates Guillelmum S. Theodorici, Gerardum Floriaci, & Bernardum Igniaci, quorum vitam & exemplum ſecutus fuerat. In Belgio, B. Gertrudis Virginis & Abbatiſſæ de Bilocâ Gandavenſi: cujus converſio & converſatio extitit admiranda. In Monte Salvatoris, B. Gertrudis Monialis; quæ nono ætatis ſuæ & in ipſo probationis anno ad ſponſi nuptias meruit cum virginibus prudentibus intrare.

SEPTEMBER.

F Kaléndis Septembris. * Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

Comm. & M. IN Província Narbonénſi : * Natális Sancti Ægídii Abbátis. [In Território Barrénſi : * Dedicátio Beátæ Maríæ de Inſulâ.] Sénonis: * Beáti Lupi Epíſcopi & Confeſſóris ; de quo refértur

refértur quia quodam die dum astáret præsénte Clero sacris Altáribus : * lapsa est cœlitùs gemma in ejus sanctum Cálicem. Eódem die : * Sanctórum Jesu Nave & Gedeónis Prophetárum. Item, Natális Beatíssimæ Annæ Prophetíssæ : * cujus sanctitatem Evangélicus sermo prodit. Apud Cápuam, viâ Aquáriâ : * Sancti Prisci Martyris ; qui fuit unus de antiquis Christi discípulis. Rhemis : * Depositio Sancti Xisti Epíscopi primi civitátis ipsíus. Cœnómanis : * Sancti Victúrii Epíscopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Frátribus qui longè, &c.

IN Hispania Asturicensi, B. Ægidii Abbatis de Castanedâ ; qui nutu divino ad vitam Anachoreticam transiens, in utroque statu floruit sanctitate. In Dania, B. Theodardi Caræsylvæ Monachi, qui paternarum traditionum æmulator exístens, horâ quam prædixerat, astanti Domino & Beatíssimæ ejus matri spíritum reddidit.

2 Quarto Nonas Septemb. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
r s t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

IN urbe Apámia : * Sancti Antoníni Mártyris. Lugdúni Gálliæ, Natális Sancti Justi Epíscopi & Confessóris : * qui in Erémum [Ægypti] secédens, cùm áliquot annis próximam Angelis egísset vitam & dignus adésset

finis tantis labóribus ; regnum scandens cœlórum beáto lucro proméruit. Hujus sanctum corpúsculum cum óssibus Beáti Viatóris minístri ejus, póstea Lugdúnum relátum: * [à religiósis cívibus condígno cultu in Basílica cónditum fuit.] Eódem die, apud præfátam urbem: * Sancti Elpídii Epíscopi & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Frátribus qui non satis longè proficiscúntur.

LOvanii, Passio B. Margaritæ Virginis; quæ cùm Villarium suscipiendi habitûs causâ pergeret, à prædonibus in itinere vim passa, & crudeliter occisa, & in fluvium projecta, contra undarum fluxum, Angelorum ministerio in eandem urbem relata est, & cum gloriâ miraculorum in Sacello proprio sepulta. In Valle Paradisi apud Hispanos, Venerabilis Clementis Monachi; qui auxilio Sanctæ Dei Genitricis, quam specialiter colebat, victor existens migravit ad Dominum.

A Tértio Nonas Septemb. * Luna. 3

a b c d e f g h i k l m n p q r s
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
t u A B C D E F F G H M N P
28 29 30 1 2 3 4 5 5 6 7 8 9 10

ROMÆ, Passio Beátæ Serápiæ Vírginis sub Adriáno Príncipe: * quæ cùm esset trádita duóbus lascívis viris & mínimè potuísset illúdi; nec póstmodùm ardéntibus lampádibus inflammári: * jussu Præsidis fústibus est cæsa, sicque gládio decollàta. Hujus dies pas-

siónis quarto Kaléndas Augústi : * sepultúræ verò ejúsdem in præsénti habétur ℣ quando & memória ipsíus martyrii celébrior ágitur. In [urbe] Cápuâ : * Sanctórum Mártyrum Antoníni púeri annórum vigínti & Aristéi Epíscopi ℣ quorum gesta habéntur. Tulli : * Sancti Mansuéti Epíscopi. Eódem die : * Natális Sanctæ Phœbes ; de quâ Beátus Apóstolus Románis scribit. Romæ : * Ordinátio Sancti Gregórii Papæ. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Oratório Monastérii.

IN Gallia, B. Burchardi seu Gerardi, quem ferunt ex Abbate Carroliloci ad Sedem Bituricensem evectum, magis ministrasse ubique quàm præfuisse In Monastério Germaniæ Hovenensi, B. Euphemiæ Virginis ; quæ variè à dæmonibus infectata, victrix usqué ad mortem & virtutibus coruscans migravit ad sponsum.

4 Prídie Nónas Septemb. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r s

12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28

t u A B C D E F F G H M N P

29 30 1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

SANCTI] Móysi Prophétæ. Apud Ancyram Galátiæ : * Natális Sanctórum trium puerórum Mártyrum Rufíni, Silváni & Vitálici. Cabilóne : * Sancti Marcélli Mártyris ℣ qui à Præside Prisco cùm ad prophánum convívium fuísset invitátus ; & hujúsmodi éxecrans épulas, omnes qui áderant cur idólis de-

ſervírent líberâ increpatióne corríperet: * inaudíto crudelitátis génere defódi eum cíngulo tenùs eréctum Præſes juſſit ℣ ſicque Sanctus Dei Martyr tértio die in Dei timóre & láudibus perſevérans incontamináturn ſpíritum réddidit. Ipſo die: * Sanctórum Magni, Caſti [& Máximi Mártyrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Hoſpítibus ſuſcipiéndis.

IN Germania, Depoſitio Reverendiſſimi Friderici Epiſcopi Ayſtetenſis; qui Vvaldſaſſi ex nobili Comite factus pauper Monachus & inde Ebraci Abbas, virtutibus meruit ad Pontificatûs apicem & præmium pervenire. In Gallia, B. Simonis Abbatis Caviaci, qui licet diſſuaſus à S P. N. Bernardo vivente, poſt mortem ejus maluit fieri Monachus Claræ vallis, quàm diutiùs præeſſe apud ſuos. Eodem die, deſponſatio S. P. N. Roberti à Beatiſſima Dei Genitrice, quando in ſignum futuræ illius ſanctitatis ipſa ſacra virgo viſa eſt per ſomnium infantem nec dum natum annulo ſubarrare.

C Nonis Septembris. * Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

ROMÆ: * Beáti Victoríni Mártyris ℣ qui ſanctitáte & miráculis præclárus Sacerdótium Amiternínæ urbis totíus pópuli electióne adipíſcitur: * póſtmodùm ſub Imperatóre Nervâ juſſus eſt ſuſpéndi cápite deórsùm in loco ubi puténtes & ſulphúreæ manant

aquæ ; quod cùm per tríduum pro nómine Christi passus fuísset : * gloriosè coronátus victor migrávit ad Dóminum. Item Romæ in Portu : * Natális Sancti Herculáni [Mártyris.] Cápuæ : * Sanctórum Mártyrum Quinti, Arcónsei, Arebrítii, & Donáti. In pago Tarüanénsi : * Sancti Bertíni Abbátis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quod non débeat Mónachus, &c.

IN Gallia, B. Petri, ex Monacho Cistercienſi, Episcopi Catalaunenſis & Martyris. In Germania Maguntinenſi, B. Godefridi Abbatis Schonaugiæ ; qui in ſpiritu & virtute Eliæ zelatus eſt pro diſciplina monaſtica. Leodii, Tranſlatio B. Margaritæ, Ordinis quondam Novitiæ, ex urbe Lovanienſi.

6 Octávo Idus Septemb. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
ſ t u A B C D E F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

ZACHARIÆ Prophétæ : * qui de Chaldæâ ſenex in pátriam revérſus ; juxtà Aggæum Prophétam jacet cónditus. In Africâ : * Beatórum Confeſsórum & Epiſcopórum Donatiáni, Præsídii, Manſuéti, Germáni, & Fúſcoli ; qui pro aſſertióne Cathólicæ veritátis diríſſimè cæſi & exílio eliminati ſunt : * inter quos étiam Epiſcopus nómine Lætus, ſtrénuus atque doctíſſimus vir, poſt diutúrnos cár-

ceris squalóres, incéndio concremátus est. Sénonis: * Sanctórum Sanctiáni & Augustíni Mártyrum. Apud Cappadóciæ urbem Reáten: * Sancti Cóttidi Diáconi. Romæ: * Sancti Eleuthérii Abbátis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Vestiméntis, &c.

IN Claravalle, B. Joannis Episcopi; qui postquàm Ecclesiis Pictavienſi, Narbonenſi & Lugdunenſi summâ doctrinâ & pietate successivè præfuisset, Legatus etiam Summi Pontificis renuntiatus, ut soli Christo vacaret ibidem humillimus Monachus efficitur. Hemmenrode, B. Michaëlis Monachi, cujus gloria post obitum S. Isembardo ejus socio manifestata est.

E Séptimo Idus Septemb. * Luna. 7

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
s t u A B C D E F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 9 10 11 12 13 14

DEDICATIO Eccléſiæ Beátæ Mariæ de Morimúndo.] Apud Nicomédiam: * Beáti Joánnis Mártyris. Hic nímio calóre fídei ignítus librum in quo continebántur crudélia edícta advérsùs Christiános injéctâ manu detráxit ac discérpsit: * cùmque hoc relátum esset Diocletiáno & Maximiáno Augústis in eádem urbe constitútis, nímiâ crudelitáte sæviéntes, ómnia suppliciórum génera jussérunt expéndi in eum: * quæ vir nobilíssimus cum

tanta alacritáte vultûs ac ſpíritûs pértulit ꝛ ut ne triſtis quidem pro his vidéri potuíſſet. In Território Auguſtodunénſi: * Sanctæ Regínæ Vírginis ꝛ quæ, ſub Procónſule Olybrio, equúlei, cárceris ac lampadárum perpéſſa ſupplícia: * tandem capitáli ſenténtiâ finíri eſt juſſa. [In] civitáte Aureliánis: * Depoſítio Sancti Evúrtii *a* Confeſsóris ꝛ qui, ut ejus geſta teſtántur, primò Sanctæ Románæ Eccléſiæ Subdiáconus: * dein divíno múnere per colúmbam deſignátur Póntifex præfátæ urbis. In Território Pariſiénſi: * Sancti *b* Clodóaldi Preſbyteri ꝛ tam géneris quàm mentis nobilitáte conſpícui.

a Saint Euvertre.

b Saint Clou.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Menſa Abbátis.

MOrimundi, Depoſitio B. Othonis Epiſcopi, qui imperiali genere natus, primùm Monachus ac deindè Abbas vitæ merito ibidem efficitur; & ad Sedem Friſingenſem promotus totam Europam virtutibus & doctrinâ illuſtravit. In Claravalle, B. Humberti Abbatis, qui ex Caſa Dei illuc confugiens, ac poſteà, etiam abdicatâ Igniaci præfecturâ, rediens, adeò ſanctè converſatus eſt ut S. Bernardus peculiari ſermone laudes ejus poſt obitum proſecutus fuerit. Heiſterbachi, B. Chriſtiani Monachi, qui in infirmitate corporis fortior factus, etiam Chriſto Domino & matri ejus familiaris extitit.

8 Sexto Idus Septemb.* Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 10 11 12 13 14 15.

Serm. maj. Comm.

NATIVITAS Beatíssimæ Dei Genitrícis MARIÆ perpétuæ Vírginis. [*Ave* MARIA.] Apud Nicomédiam [Translátio] Sancti Adriáni ♀ Mártyris cum áliis vigínti tribus: * qui omnes, post multa supplícia, martyrium crurifrágio consummavérunt quarto Nonas Mártii ♀ sub Diocletiáno Augústo. Alexándriæ: * Sanctórum Ammónis, Theóphili, Neothérii, & aliórum vigínti duórum [Mártyrum.] Antióchiæ: * [Sanctórum Mártyrum] Timothéi & Fausti.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Artifícibus Monastérii.

VAlcellis in Belgio, B. Vvalteri Monachi, claræ vitæ meritis insignis. In Claravalle, B. Alphonsi S. Mariæ de Oya quondam Conversi; qui de licentia Superiorum è Gallæcia in Galliam veniens, pietatem quam excoluerat, ad præsentiam corporis S.P.N. Bernardi consummavit. Namurci, B. Udæ Reclusæ, revelationibus illustris. Cadunii in Petragoricis, ostensio S. Sudarii D. N. Jesu Christi.

G Quinto Idus Septemb. * Luna. 9

a b c d e f g h i k l m n p q r
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2
s t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16

APUD Nicomédiam, Pássio Sanctórum Mártyrum Dorothéi & Gorgónii: * qui præsénte Diocletiáno, cùm persecutiónem

quam Christiánis inferébat detestaréntur? jussi sunt primò suspéndi & flagris toto córpore laniári: * sicque in cratículâ assári? atque ad últimum láqueo necári. Interjécto autem témpore Beátus Gorgónius Romam translátus est: * positúsque viâ Latinâ. In Sabínis milliário ab urbe trigésimo: * Sanctórum Jacíncti, Alexándri & Tibúrtii [Mártyrum.] In Território Taruanénsi: * Sancti *a* Audómari Episcopi & Confessóris. In Scótiâ: * Sancti Queráni Abbátis. *Comm.*

a Saint Omer.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De disciplínâ suscipiendórum Fratrum.

IN Agro Galliæ Noviomensi, B. Odonis Ursi Campi Abbatis; qui Presbyter Cardinalis effectus, S. Regi Francorum Ludovico in expeditione terræ sanctæ Legatus Apostolicus adfuit. Aroucæ in Lusitania, B. Violantiæ Abbatissæ, quæ assiduâ lachrymarum vi Christo patienti compatiens & peccatorum crimina defiens, meruit cum eo glorificari.

10 Quarto Idus Septemb. * Luna. A

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2
r	s	t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17

ROMÆ: * Beáti Hilárii Papæ [& Confessóris.] Apud Africam: * Natális Sanctórum Episcopórum Nemesiáni, Felícis &

Lúcii ℣ item Felícis, Littéi, Polyáni, Victóris, Jadéris & Datívi: * qui sub Valeriáno [& Galliéno] exurgénte persecutiónis rábie ad primam confessiónis Christi constántiam gráviter fústibus cæsi ℣ deínde compédibus vincti & ad fodiénda metálla deputáti: * glorióſæ confessiónis agónem consummavérunt. Extat [autem] Epístola Beáti Cypriáni ad ipsos & de ipsis scripta. Eódem die, in [urbe] Chalcedóniâ: * Sanctórum Sósthenis & Victóris ℣ qui ob Christi confessiónem sub Prisco Procónsule, cárcerem, víncula & béstias superántes: * tandem in oratióne, vocáti de cœlo, spíritum emisérunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De fíliis nobílium, &c.

IN Silesia, Passio Sanctorum Monachorum Novæ Cellæ; qui in præmium vitæ piissimæ ab Hussitis pro fide occísi sunt. In Claravalle, B. Serlonis Abbatis, qui viventi S. P. N. Bernardo Congregationem Savigniacensem tradens, & eo mortuo, dignitati suæ renuntians, humillimè ibidem conversatus sanctissimè obiit. Locedii in Italia Vercellensi, B. Ogleri Abbatis, qui toti Ordini exemplar perfectionis se præbuit.

B Tértio Idus Septemb. * Luna. 11

a b c d e f g h i k l m n p q r s
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5
t u A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 12 13 13 14 15 16 17 18

Comm. ROMÆ viâ Salariâ véteri: * Natális Sanctórum Mártyrum Proti & Hyacínthi

Eunuchórum ℣ qui sub Gallièno Imperatóre, quod Christiáni essent deprehénsi cogúntur sacrificáre: * sed non consentiéntes, primó diríssimè verberántur ℣ tuncque páriter decollántur. [Lugdúni: * Depositio Sancti Patiéntis Epíscopi. ¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Sacerdótibus qui volúerint, &c.

BIturicis, B. Henrici Episcopi; qui Regio Francorum genere ortus primùm Monachus Carolíloci ac postèa Abbas efficitur, inde Archiepiscopus Bituricarum, & à Lucio III. Cardinalis Presbyter creatus, ubique sanctitatis radios emisit. In Lusitania, B. Boëmundi, primi de Taroucâ Abbatis, è cujus corpore post mortem publico cultui biduum expósito virtus & odor exiens sanabat omnes.

12 Prídie Idus Septemb. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5
ſ t u A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 12 13 14 14 15 16 17 18 19

APUD urbem Ticínum: * Sanctórum Confessórum Syri & Yvéntii ℣ qui à Beáto Hermágorâ ad præfátam urbem diréćti: * primò illic Christi Evangélium prædicántes & magnis virtútibus ac miráculis coruscántes ℣ étiam vicínas urbes divínis opéribus illustrárunt: * sicque in Pontificáli honóre, glorióso fine quievérunt in pace. [Paríssiis: * Depositio Beáti Sacerdotis Epíscopi Lugdunénsis.

¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Mónachis peregrínis, &c.

IN Gallia Noviomensi, B. Vvallerani, primi Ursi Campi Abbatis, qui ab adolescentia usque ad senium jugum Domini portans, B. Erveo Monacho suo gloriosus post mortem apparuit. In Galliæcia, Depositio Venerabilis Dominici, Monachi Nucalensis cognomento à puero Jesu, ab amore ardenti in Jesum infantem; cujus virtutes experti sunt viventes, & mortui in Purgatorio existentes.

D Idibus Septemb. * Luna. 13

a b c d e f g h i k l m n p q r
21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
s t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 15 16 17 18 19 20

APUD Ægyptum [in] civitáte Alexándriâ: * Beáti Philippi Epíscopi, patris Sanctæ Eugéniæ Vírginis. Hic dignitátem præfectúræ déserens & Baptísmi grátiam adipíscens, Episcópii honórem póstmodùm assecútus est: * quem in oratióne constitútum jussit Terentius Præféctus gládio jugulári, témpore Volusiáni & Galliéni Imperatórum. Eódem die: * Sancti Amáti Presbyteri, & Abbátis Monastérii a Romárici, qui miræ abstinéntiæ & Anachoréticæ vitæ sectátor: * virtútum & miraculórum grátiâ illústrem conversatiónem duxit. Andégavis: * Sancti b Mauriliónis Episcopi & Confessóris. [Turónis: * Sancti c Lidórii Epíscopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Sacerdótibus Monastérii.

a Remiremont.

b Saint Maurille.

c Saint Lidoire.

MOretolæ in Hispaniâ, B. Petri Monachi, qui sacrificium Agni immaculati quotidiè offerens, piissimi cordis sui devotione hostia jugis factus est. In Anglia, B Gunthelini, qui monitus à S. Dei Genitrice, mutato proposito eundi Jerosolymam, factus est Monachus, & purgationem delictorum quam quærebat assecutus est.

14 Decimooctávo Kal. Octob.* Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q
22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
r s t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 16 17 18 19 20 21

EXALTATIO Sanctæ Crucis: * quando Heráclius Imperátor eam de Pérside Jerosólymam reportávit: & procurréntibus annis, Papa Sérgius miræ magnitúdinis portiónem ejúsdem ligni in sacrário Beáti Petri Dómino revelánte répperit: * quæ annis ómnibus ipso die Exaltatiónis ejus ab omni osculátur & adorátur pópulo. Romæ, viâ Appiâ: * Beáti Cornélii Papæ: cujus os, post exílii relegatiónem, jussit Décius plumbátis cædi: * & sic cum áliis vigínti uno promíscui sexûs decollári. Sed & Cereális miles cum uxóre Salústiâ, quos idem Cornélius [in] fide instrúxerat: * eódem die cápite plexus est. In Africâ: * Sancti Cypriáni Episcopi: qui sub Valeriáno Príncipe post longum exílium detruncatióne cápitis martyrium consummávit sexto milliário à Carthágine juxta mare. Referún- MM.

tur cum eo passi Crescentianus, Victor, Rósula, & Generális.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De órdine Congregatiónis.

IN Hibernia, Passio B. Cornelii Abbatis; qui ab hostibus fidei captus, una cum S. Patritio Episcopo Ordinis Minorum martyrii palmam accepit. Morimundi, B. Petri Abbatis, qui semel & iterum ad illam dignitatem adactus, sancto fine quievit. In Agro Tolosano, B. Stephani Grandissylvæ Conversi, qui ardenti amore Christi dissolvi cupiens, Pontio Abbati suo gloriosus post mortem apparuit.

F Decimoséptimo Kal. Octob.* Luna. 15

a b c d e f g h i k l m n p q r
23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8
s t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 17 17 18 19 20 21 22

12. Lect. & M. Comm.

OCTAVA Nativitátis Beátæ MARIÆ Vírginis.] Romæ, viâ Numentánâ: * Natális Beáti Nicomédis Presbyteri & Mártyris sub Domitiáno Imperatóre: qui cùm díceret compelléntibus se sacrificáre: *Ego non sacrífico nisi Deo omnipoténti qui regnat in cælis:* * plumbátis diutíssimè cæsus migrávit ad Dóminum. [Ipso die: * Dedicátio Eccléstæ Bonî Rádii in Diœcesi Gálliæ Autissiodorénsi.] Eódem die in Território Cabilonénsi: * Sancti Valeriáni Mártyris: quem Priscus Præses suspénsum & grávi ungulárum laceratióne cru-

ciátum, cùm in Christi confessióne vídéret imóbilem ac læto ánimo in ejus láudibus permanéntem: * gládio animadvérti fecit. Tulli: * Sancti [a] Apri Epíscopi & Confessóris. Carnóti: * Sancti Leóbini Epíscopi. [a] Saint Evre.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ordinándo Abbáte.

IN Claravalle, B. Achardi Monachi; qui sæpe etiam visibiliter à dæmone tentatus sed invictus, experimento didicit quod alios doceret. Dunis in Belgio, B. Ligerii Anachoretæ, qui prima Monasterii Dunensis fundamenta altissima posuit.

16 Sextodécimo Kal. Octob. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9
s t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 18 19 20 21 22 23

APUD civitátem Chalcedóniam: * Natális Sanctæ Euphémiæ Vírginis & Mártyris; quæ sub Procónsule Prisco, torménta & cárceres, vérbera & arguménta rotárum, ignes & póndera lápidum angulárium, béstias & plagas virgárum, secúres & sartágines ignítas: * rursùs morsum béstiæ, pro Christo superávit. Romæ: * Sanctórum Mártyrum Lúciæ nobílis matrónæ & Geminiáni; quos Diocletiánus pœnis gravíssimè afflictos diùque tortos: * tandem post laudábilem martyrii *Comm.*

victóriam, gládio animadvérti præcépit.
℣. Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Præpósito Monastérii.

HOrtæ in Hispania, Depositió S. Martini cognómento Sacerdotis; qui ex Monacho illius loci Abbas, & ex Abbate Episcopus Seguntinus; denuò ex Episcopo factus Monachus, septuagesimo tertio ætatis suæ anno hac ipsa die ut prævíderat sanctè obiit. Ejus tamen solemnitas, tertio Nonas Maii ab Angelo indicta est. Catoliloci in Gallia, B. Milonis Abbatis; qui contemplationis studium quod Cistercii hauserat, inter Præfecturæ sollicitudines non intermisit.

A Quintodécimo Kal. Octob.* Luna. 17

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
ſ t u A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 19 19 20 21 22 23 24

3. Lect. & M. APUD Leódium:* Beáti Lambérti Epíscopi Tungrénsis, qui à nocéntibus ínnocens occísus, aulam cæléstis regni perpétuò victúrus intrávit. Romæ, viâ Tiburtínâ:* Natâlis Sancti Justíni Presbyteri, qui in persecutióne Décii, Valeriáni & Galliéni, confessiónis glóriâ insignissimus fuit. Item Romæ:* Sanctórum Mártyrum Narcíssi & Crescentiónis. In Británniis:* Sanctórum Mártyrum Sócratis & Stéphani. Nivedúni *a*:* Sanctórum Mártyrum Valeriáni, Macríni & Gordiáni. Córdubæ:* Sanctórum Emiliáni Diáconi & Jeremíæ decollatórum. ℣. Et álibi, &c.

a Nion en Suisse.

Lectio Reg. De Ostiário Monastérii.

In

IN Agro Prussiæ Vvratislavienſi, Paſſio S. Caſimiri Abbatis Olivenſis; qui cum pluribus Monachis martyrii palmam adeptus eſt. In Claravalle, B. Stephani Converſi, humilitate nobiliſſimi.

18 Quartodécimo Kal. Octob.* Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
s t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 20 20 21 22 23 24 25

COMMEMORATIO ómnium Fratrum, Familiárium, & Benefactórum Ordinis noſtri ab anno defunctórum. Eódem die:*] Natális Beáti Methódii, Olympi Lyciæ & póſteà Tyri Epíſcopi; qui, ſub Diocletiáno, in Chálcide Græciæ, ut ſcribit Sanctus Hierónymus: * martyrio coronátus eſt. Viennæ:* Sancti Ferréoli; qui; cùm eſſet tribunítiæ poteſtátis, juſſu impiíſſimi Præſidis tentus & primò crudeliſſimè verberátus, dein gravî catenárum onúſtus póndere in tetérrimum cárcerem truſus eſt:* ac póſteà martyrii palmam cápitis obtruncatióne percépit. [Item Sanctórum Topni & Océani:* & Sancti Euſtórgii primi ejus nóminis Mediolanénſis Epíſcopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Frátribus in viâ diréctis.

URſicampi in Gallia, Depoſitio Venerabilis Stephani Abbatis Claræ vallis, eruditione & ſanctitatis famâ nobilis. Sichem in Germaniâ, B. Vvlchini Abbatis, qui illuc è Vvalxenrode Saxoniæ

Serm. maj. Comm.

NATIVITAS Beatíssimæ Dei Genitrícis MARIÆ perpétuæ Vírginis. [*Ave* MARIA.] Apud Nicomédiam [Translátio] Sancti Adriáni ♀ Mártyris cum áliis vigínti tribus: * qui omnes, post multa supplícia, martyrium crurifrágio consummavérunt quarto Nonas Mártii ♀ sub Diocletiáno Augústo. Alexándriæ: * Sanctórum Ammónis, Theóphili, Neothérii, & aliórum vigínti duórum [Mártyrum.] Antióchiæ: * [Sanctórum Mártyrum] Timothéi & Fausti.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Artificibus Monastérii.

VAlcellis in Belgio, B. Vvalteri Monachi, claræ vitæ meritis insignis. In Claravalle, B. Alphonsi S. Mariæ de Oya quondam Conversi; qui de licentia Superiorum è Gallæcia in Galliam veniens, pietatem quam excoluerat, ad præsentiam corporis S.P.N. Bernardi consummavit. Namurci, B. Udæ Reclusæ, revelationibus illustris. Cadunii in Petragoricis, ostensio S. Sudarii D. N. Jesu Christi.

G Quinto Idus Septemb. * Luna. 9

a	b	c	d	e	f	g	h	i	K	l	m	n	p	q	r	
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	
s	t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P		
3	4	5	6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16		

APUD Nicomédiam, Pássio Sanctórum Mártyrum Dorothéi & Gorgónii: * qui præsénte Diocletiáno, cùm persecutiónem

quam Christiánis inferébat detestaréntur? jussi sunt primò suspéndi & flagris toto córpore laniári: * sicque in craticulâ assári? atque ad últimum láqueo necári. Interjécto autem témpore Beátus Gorgónius Romam translátus est: * positúsque viâ Latínâ. In Sabínis milliário ab urbe trigésimo: * Sanctórum Jacíncti, Alexándri & Tibúrtii [Mártyrum.] In Território Taruanénsi: * Sancti *a* Audómari Epíscopi & Confessóris. In Scótiâ: * Sancti Queráni Abbátis. *Comm.*

a Saint Omer.

¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De disciplínâ suscipiendórum Fratrum.

IN Agro Galliæ Noviomensi, B. Odonis Ursi Campi Abbatis; qui Presbyter Cardinalis effectus, S. Regi Francorum Ludovico in expeditione terræ sanctæ Legatus Apostolicus adfuit. Aroucæ in Lusitania, B. Violantiæ Abbatissæ, quæ assiduâ lachrymarum vi Christo patienti compatiens & peccatorum crimina defiens, meruit cum eo glorificari.

10 Quarto Idus Septemb. * Luna. A

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q		
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2		
r	s	t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P	
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17	

ROMÆ: * Beáti Hilárii Papæ [& Confessóris.] Apud Africam: * Natális Sanctórum Episcopórum Nemesiáni, Felícis &

Lúcii ℣ item Felícis, Littéi, Polyáni, Victóris, Jadéris & Datívi: * qui sub Valeriáno [& Galliéno] exurgénte persecutiónis rábie ad primam confessiónis Christi constántiam gráviter fústibus cæsi ℣ deínde compédibus vincti & ad fodiénda metálla deputáti: * glorióſæ confessiónis agónem consummavérunt. Extat [autem] Epístola Beáti Cypriáni ad ipsos & de ipsis scripta. Eódem die, in [urbe] Chalcedóniâ: * Sanctórum Sósthenis & Victóris ℣ qui ob Christi confessiónem sub Prisco Procónsule, cárcerem, víncula & béstias superántes: * tandem in oratióne, vocáti de cœlo, spíritum emisérunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De fíliis nobílium, &c.

IN Silesia, Passio Sanctorum Monachorum Novæ Cellæ; qui in præmium vitæ piissimæ ab Hussitis pro fide occisi sunt. In Claravalle, B. Serlonis Abbatis, qui viventi S. P. N. Bernardo Congregationem Savigniacensem tradens, & eo mortuo, dignitati suæ renuntians, humillimè ibidem conversatus sanctissimè obiit. Locedii in Italia Vercellensi, B. Ogleri Abbatis, qui toti Ordini exemplar perfectionis se præbuit.

B Tértio Idus Septemb.* Luna. 11

a b c d e f g h i k l m n p q r s
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5
t u A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 12 13 13 14 15 16 17 18

Comm. ROMÆ viâ Salariâ véteri: * Natális Sanctórum Mártyrum Proti & Hyacínthi

Eunuchórum ℣ qui sub Gallièno Imperatóre, quod Christiáni essent deprehénsi cogúntur sacrificáre: * sed non consentiéntes, primó diríssimè verberántur ℣ tuncque páriter decollántur. [Lugdúni: * Depositio Sancti Patiéntis Epíscopi. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Sacerdótibus qui volúerint, &c.

BIturicis, B. Henrici Episcopi; qui Regio Francorum genere ortus primùm Monachus Carolilóci ac postea Abbas efficitur, inde Archiepiscopus Bituricatum, & à Lucio III. Cardinalis Presbyter creatus, ubique sanctitatis radios emisit. In Lusitania, B. Boëmundi, primi de Tarouca Abbatis, è cujus corpore post mortem publico cultui biduum expósito virtus & odor exiens sanabat omnes.

12 Prídie Idus Septemb. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5
s t u A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 12 13 14 14 15 16 17 18 19

APUD urbem Ticínum: * Sanctórum Confessórum Syri & Yvéntii ℣ qui à Beáto Hermágorâ ad præfátam urbem diréctí: * primò illic Christi Evangélium prædicántes & magnis virtútibus ac miráculis coruscántes ℣ étiam vicínas urbes divínis opéribus illustrárunt: * sicque in Pontificáli honóre, glorióso fine quievérunt in pace. [Paríssiis: * Depositio Beáti Sacerdotis Epíscopi Lugdunénsis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Mónachis peregrínis, &c.

MOntérolæ in Hispaniâ, B. Petri Monachi, qui sacrificium Agni immaculati quotidiè offerens, piissimi cordis sui devotione hostia jugis factus est. In Anglia, B Gunthelini, qui monitus à S. Dei Genitrice, mutato proposito eundi Jerosolymam, factus est Monachus, & purgationem delictorum quam quærebat assecutus est.

14 Decimooctávo Kal. Octob.* Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q
22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
r s t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 16 17 18 19 20 21

EXALTATIO Sanctæ Crucis: * quando Heráclius Imperátor eam de Pérside Jerosólymam reportávit ? & procurréntibus annis, Papa Sérgius miræ magnitúdinis portiónem ejúsdem ligni in sacrário Beáti Petri Dómino revelánte répperit: * quæ annis ómnibus ipso die Exaltatiónis éjus ab omni osculátur & adorátur pópulo. Romæ, viâ Appiâ: * Beáti Cornélii Papæ ? cujus os, post exílii relegatiónem, jussit Décius plumbátis cædi: * & sic cum áliis vigínti uno promíscui sexûs decollári. Sed & Cereális miles cum uxóre Salústiâ, quos idem Cornélius [in] fide instrúxerat: * eódem die cápite plexus est. In Africâ: * Sancti Cypriáni Episcopi ? qui sub Valeriáno Príncipe post longum exílium detruncatióne cápitis martyrium consummávit sexto milliário à Carthágine juxta mare. Referún- MM.

tur cum eo passi Crescentiánus, Victor, Rósula, & Generális.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De órdine Congregatiónis.

IN Hibernia, Passio B. Cornelii Abbatis; qui ab hostibus fidei captus, una cum S. Patritio Episcopo Ordinis Minorum martyrii palmam accepit. Morimundi, B. Petri Abbatis, qui semel & iterùm ad illam dignitatem adactus, sancto fine quievit. In Agro Tolosano, B. Stephani Grandisylvæ Conversi, qui ardenti amore Christi dissolvi cupiens, Pontio Abbati suo glorioſus post mortem apparuit.

F Decimoséptimo Kal. Octob.* Luna. 15

a b c d e f g h i k l m n p q r
23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8
s t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 17 17 18 19 20 21 22

ii. Lect. & M. Comm. OCTÁVA Nativitátis Beátæ MARIÆ Vírginis.] Romæ, viâ Numentánâ: * Natális Beáti Nicomédis Presbyteri & Mártyris sub Domitiáno Imperatóre; qui cùm díceret compellántibus se sacrificáre: *Ego non sacrífico nisi Deo omnipoténti qui regnat in cœlis:* * plumbátis diutíssimè cæsus migrávit ad Dóminum. [Ipso die: * Dedicátio Ecclésiæ Boni Rádii in Diœcesi Gálliæ Autissiodorénsi.] Eódem die in Território Cabilonénsi: * Sancti Valeriáni Mártyris; quem Priscus Præses suspénsum & grávi ungulárum laceratióne cru-

ciátum, cùm in Christi confessióne vídéret imbóbilem ac læto ánimo in ejus láudibus permanéntem: * gládio animadvérti fecit. Tulli: * Sancti [a] Apri Epíscopi & Confessóris. Carnóti: * Sancti Leóbini Epíscopi. [a] Saint Evre.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ordinándo Abbáte.

IN Claravalle, B. Achardi Monachi; qui sæpe etiam visibiliter à dæmone tentatus sed invictus, experimento didicit quod alios doceret. Dunis in Belgio, B. Ligerii Anachoretæ, qui prima Monasterii Dunensis fundamenta altissima posuit.

16 Sextodécimo Kal. Octob. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9
s t u A B C D E F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 18 19 20 21 22 23

APUD civitátem Chalcedóniam: * Natális Sanctæ Euphémiæ Vírginis & Mártyris ℣ quæ sub Procónsule Prisco, torménta & cárceres, vérbera & arguménta rotárum, ignes & póndera lápidum angulárium, béstias & plagas virgárum, secúres & sartágines ignítas: * rursùs morsum béstiæ, pro Christo superávit. Romæ: * Sanctórum Mártyrum Lúciæ nobílis matrónæ & Geminiáni ℣ quos Diocletiánus pœnis gravíssimè afflictos diùque tortos: * tandem post laudábilem martyrii *Comm.*

victóriam, gládio animadvérti præcépit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Præpósito Monastérii.

HOrtæ in Hispania, Depositio S. Martini cognómento Sacerdotis; qui ex Monacho illius loci Abbas, & ex Abbate Episcopus Seguntinus; denuò ex Episcopo factus Monachus, septuagesimo tertio ætatis suæ anno hac ipsa die ut præviderat sanctè obiit. Ejus tamen solemnitas, tertio Nonas Maii ab Angelo indicta est. Catoliloci in Gallia, B. Milonis Abbatis; qui contemplationis studium quod Cistercii hauserat, inter Præfecturæ sollicitudines non intermisit.

A Quintodécimo Kal. Octob.* Luna. 17

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
ſ t u A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 19 19 20 21 22 23 24

3. Lect. & M. APUD Leódium: * Beáti Lambérti Epíscopi Tungrénsis; qui à nocéntibus innocens occísus, aulam cæléstis regni perpétuò victúrus intrávit. Romæ, viâ Tiburtínâ: * Natâlis Sancti Justíni Presbyteri; qui in persecutióne Décii, Valeriáni & Galliéni, confessiónis glóriâ insignissimus fuit. Item Romæ: * Sanctórum Mártyrum Narcíssi & Crescentiónis. In Británniis: * Sanctórum Mártyrum Sócratis & Stéphani. Nivedúni a: * Sanctórum Mártyrum Valeriáni, Macríni & Gordiáni. Córdubæ: * Sanctórum Emiliáni Diáconi & Jeremíæ decollatórum. ℣ Et álibi, &c.

a Nion en Suisse.

Lectio Reg. De Ostiário Monastérii.

In

IN Agro Prussiæ Vvratislavienſi, Paſſio S. Caſimiri Abbatis Olivenſis; qui cum pluribus Monachis martyrii palmam adeptus eſt. In Claravalle, B. Stephani Converſi, humilitate nobiliſſimi.

18 Quartodécimo Kal. Octob.* Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
s t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 20 20 21 22 23 24 25

COMMEMORATIO ómnium Fratrum, Familiárium, & Benefactórum Ordinis noſtri ab anno defunctórum. Eódem die:*] Natális Beáti Methódii, Olympi Lyciæ & póſteà Tyri Epíſcopi; qui, ſub Diocletiáno, in Chálcide Græciæ, ut ſcribit Sanctus Hierónymus: * martyrio coronátus eſt. Viennæ:* Sancti Ferréoli; qui; cùm eſſet tribunítiæ poteſtátis, juſſu impiíſſimi Præſidis tentus & primò crudeliſſimè verberátus, dein gravî catenárum onúſtus póndere in tetérrimum cárcerem truſus eſt:* ac póſteà martyrii palmam cápitis obtruncatióne percépit. [Item Sanctórum Topni & Océani:* & Sancti Euſtórgii primi ejus nóminis Mediolanénſis Epíſcopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Frátribus in viâ diréctis.

URſicampi in Gallia, Depoſitio Venerabilis Stephani Abbatis Claræ vallis, eruditione & ſanctitatis famâ nobilis. Sichem in Germaniâ, B. Vvlchini Abbatis, qui illuc è Vvalxenrode Saxoniæ

adductis Monachis, eos virtutibus & miraculis ad pietatem formavit. In Territorio Aurelianensi, B. Hugonis Abbatis Curiæ Dei, cujus sanctitatem post obitum etiam peregrini venerati sunt.

℄ Tertiodécimo Kal. Octob.* Luna. 19

a b c d e f g h i k l m n p q r
27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
ſ t u A B C D E F F G H M N P
13 14 15 16 17 18 19 20 21 21 22 23 24 25 26

Comm. a Saint Seine.

IN Território Lingónicæ civitátis: * Sancti a Séquani [plúrimæ justítiæ] Presbyteri. [Eódem die: * Anniversárium Dedicatiónis Eccléſiæ de Buxériâ Æduénſi ? quæ à Sancto Petro Tarentaſiénſi Epíſcopo conſecráta eſt.] Neápoli in Campánia: * Natális Sanctórum Januárii Beneventánæ civitátis Epíſcopi ? Feſti & Próculi Diaconórum ? Deſidérii, Eútici & Acúti: *qui poſt víncula & cárceres cápite cæſi

b Pouzol. sunt in civitáte b Puteolánâ, ſub Diocletiáno Príncipe. Apud Nucériam, Natális Sanctórum Felícis & Conſtántiæ: * qui ſub Neróne paſſi ſunt. In Palæſtínâ: * Sanctórum Mártyrum Peléi & Nili Epiſcopórum ? qui témpore perſecutiónis cum plúrimis Cléricis pro Chriſto igne conſúmpti ſunt. Synnadæ in Phrygiâ: * Sanctórum Mártyrum Tróphimi & Dorymedóntis. [Turónis: * Sancti Euſtáchii Epíſcopi, magnárum virtútum viri. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si Fratri impoſſibília, &c.

IN Gallia, Beati Balsami Monachi Romani; qui è Monasterio S. Anastasii semel & iterùm veniens Claramvallem, precibus à Domino sibi, cum B. Virgine & S. Bernardo, apparente obtinuit ut ibidem sancto fine quiesceret. Ursicampi, Depositio Venerabilis Michaëlis Monachi, qui consummatus in brevi explevit tempora multa. In Monasterio Germaniæ Hovenensi, B. Sophiæ Virginis; quæ à Monialibus nigris Ditkirgen ad Cistercienses Montis S. Vvalburgis transiens, tandem in Abbatissam Hoënenensem electa, ubique sanctitate refulsit.

20 Duodécimo Kal. Octob.* Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r
28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
s t u A B C D E F F G H M N P
14 15 16 17 18 19 20 21 22 22 23 24 25 26 27

VIGILIA Sancti Matthæi Apóstoli. [Romæ, Pássio Sanctórum Mártyrum Eustáchii, & Theopístis uxóris ejus ℣ cum dúobus filiis Agápio & Theopísto: *qui sub Adriáno Imperatóre ad béstias damnáti, sed Dei ope ab iis nil læsi ℣ in bovem æneum candéntem inclúsi martyrium consummavérunt.] In [civitáte] Cyzico: * Sanctórum Faustæ Vírginis & Eviláfii sub Maximiáno Imperatóre ℣ quam idem Eviláfius, cùm esset primus Palátii, jussit primò dehonestári, suspéndi, torquéri, ac quasi lignum secári médiam: * sed cùm carnífices voléntes eam secáre, non valérent eam lædere ℣ stupens Eviláfius crédidit: * qui étiam dum fórtiter à Maximiáno torquerétur ℣ Fausta cápite terebráta, clavis toto córpore confixa & Comm.

ignítæ sartágini impósita: * cum eódem Evilásio, voce de cœlo vocáta, tránsiit. In civitáte Córduba: * Beáti Eulógii Presbyteri, ob Christi martyrium decolláti. In Phrygiâ: * Sanctórum Dionysii & Priváti, Mártyrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut in Monastério, &c.

IN Tractu Belgii Namurcénsi, B. Joannis Eustachii Abbatis, qui ex Ordine Vallis Scholarium ad nos veniens, missus postéa ab Abbate Alnensi; Jardineto, quod in summa rerum egestate reformavit, præfectus est; ibique dono prophetiæ, & abstinentiæ clarus, dignitate abdicatâ, quievit in pace. Villarii, B. Francónis Conversi, viri in sæculo & in Claustro præclari.

E Undécimo Kal. Octob. * Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r
29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
s t u A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 22 23 23 24 25 26 27 28

MM. maj. NATALIS Beáti Mathæi Apóstoli & Evangelístæ, qui apud Æthiópiam prædicans martyrium passus est: * cujus Evangélium Hebræo sermóne conscríptum, ipso revelánte, témpore Zenónis Imperatóris invéntum est. [In Território Æduénsi, Dedicátio Eccléstæ Beátæ Maríæ de Fontenéto: * quæ ab ipso Summo Pontífice Eugénio tertio con ecráta est. Item apud Bituricénse: * Anniversárium consecratiónis Basílicæ de Olivéto.] Eódem

die, viâ Cláudiâ, vigésimo milliário ab urbe: * Pássio Sancti Alexándri Epíscopi ; qui pro fide Christi sub Antoníno Imperatóre, víncula, fustes, equúleum, lámpades ardéntes, ungulárum laniatiónem, béstias, ac fornácis flammas súperans: * tandem gládio vitam adéptus est glorióſam. Item Romæ: * Sancti Pamphíli Mártyris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut non præſúmat, &c.

IN Gallia, B. Martini Preſbyteri Cardinalis, cujus paupertatem monaſticam in Legationibus Apoſtolicis commendat S. Bernardus lib. 4 de conſid ad Eugenium. Ciſtercii, Depoſitio Reverendiſſimi Bonifacii Abbatis; qui ſanctitate vitæ toti Ordini præluxit.

22 Décimo Kal. Octobris. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r
30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
ſ t u A B C D E F F G H M N P
16 17 18 19 20 21 22 23 24 24 25 26 27 28 29

IN Gálliis civitáte Sedúno [ſeu Octodéro valénſe] loco Agáuno: * Sanctórum Mártyrum Thebeórum ; Maurítii, Exupérii, Cándidi, Victóris, Innocéntii, & Vitális cum ſóciis eórum [ſex míllibus ſexcéntis ſexagínta ſex: *] qui ſub Maximiáno, paſſi pro Chriſto gloriosíſſimè coronáti ; [paſſióne ſuâ mundum illuſtrárunt.] Apud Bavária: * Sancti Hei- 3. Lect. & M.

merámmi Epíscopi & Mártyris. Hic crimen ſtupri à quodam commíſſum ſibi, causâ Chriſti, imputári ſuáſit: * ac proíndè mortis diſcrímen patiénter pértulit. [In Agro Neúſtriæ Conſtantiénſi: * Sancti Laudónis Epíſcopi.] In pago Pictaviénſi: * Sancti Floréntii Preſbyteri & Confeſſóris. Item Beáti Silváni Confeſſóris: * in Território Bituricénſi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut obediéntes, &c.

TOrnaci in Belgio, B. Gerardi Epiſcopi; qui ex Monacho Clarævallis, Villarii, cui fundando multum cooperatus fuerat, ſecundus Abbas factus eſt: ſed amore ſolitudinis relicta dignitate, dum humilis inter Fratres ſoli contemplationi vacaret, coactus eſt Eccleſiam Tornacenſem verbo paſcere & exemplo. In Diœceſi Chryſiponenſi, B. Mauritii Abbatis Sancti Martini, qui ſignis & virtutibus meruit Albo ſanctorum aſcribi.

G Nono Kal. Octobris. * Luna. 23

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

t u A B C D E F F G H M N P

18 19 20 21 22 23 24 25 25 26 27 28 29 30

Comm. NATALIS Sanctæ Theclæ Virginis de Icónio civitáte: * quæ, in confeſſióne Chriſti, ignes ac béſtias devícit: & poſt multa certámina, ad doctrínam multórum véniens Seléuciam requiévit in pace. [Mouciaci in Belgio: * Dedicátio Eccléſiæ ejúſdem loci.]

In Campániâ, Natális Beáti Sósii Diáconi Misenátis civitátis: * qui cùm témpore quodam Evangélium légeret in Eccléſiâ præfátæ civitátis, præſénte Epíſcopo Januário: vidit súbitò idem Epíſcopus de cápite ejus flammam exúrgere, & pronuntiávit eum Mártyrem futúrum: * & poſt non multos dies, cùm eſſet annórum trigínta, martyrium cum eódem Epíſcopo cápitis detruncatióne ſuſcépit. [Romæ: * Sancti Libérii Papæ.] In Território civitátis Conſtántiæ: * Sancti Patérni Epíſcopi Abrincénſis & Confeſſóris. a Coutances.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De zelo bono, quem debent, &c.

IN Bohemia, Paſſio Sanctorum Monachorum de Oſech, quos Chriſti martyres pro fide Catholicâ Huſſitæ Hæretici fecerunt. Caroliloci in Gallia, B. Guidonis Abbatis, cujus labores & ærumnas pro juſtitia perpeſſas S. Bernardus proſequitur Epiſt. 197. Villarii, B. Ottonis Converſi; qui, hortatu B. Juettæ filiæ ſuæ, Ordinem profeſſus, miris modis carnem ſuam crucifixit.

24 Octávo Kal. Octobris. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 26 27 28 29 30 1

CONCEPTIO Sancti Joánnis Baptiſtæ. In Território Æduæ civitátis Caſtro Sedelóco: * Natális Sanctórum Andóchii Pre- a Saulieu.

sbyteri, Thyrsi Diáconi, & Felícis ℣ qui à Beáto Polycárpo Epíscopo, ab Oriénte dirécti ad docéndum Gálliam, sub Aureliáno Príncipe sunt gloriosíssimè coronáti: * siquidem flagéllis cæsi, in ultimo totâ die invérsis mánibus suspénsi ℣ in ignem missi, sed non combústi: * tandem véctibus eórum colla feriúntur. [Arvérnis *b*: * Sancti Rústici Epíscopi.

b Clermont.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De eo quod non omnis, &c.

NOvantulæ in Longobardia, Passio Sanctorum Monachorum, qui ab Hussitis pro defensione fidei interfecti sunt. In Claravalle, B. Nicolai Epíscopi Daciæ Roschildensis, qui exul pro libertate Ecclesiastică, ibi quievit in pace. Cistercii, B. Arnaldi Abbatis, qui Ordine sanctissimè administrato, sibi soli tandem vacans appositus est ad Patres suos. Abulæ in Hispania, B. Mariæ Monialis, quam, secundùm multitudinem dolorum ejus in corde & corpore, consolationes Domini lætificaverunt.

B Séptimo Kal. Octobris.* Luna. 25

a b c d e f g h i k l m n p q
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
r s t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 27 28 29 30 1 2

NATALIS Beáti Cleóphæ: * quem tradunt apud Castéllum Emmaüs in eádem domo in quâ mensam Dómino paráverat ℣ pro confessióne illíus à Judæis occísum: * & gloriósâ memóriâ sepúltum. In civitáte Ambianénsium: * Beáti Firmíni Epíscopi ℣ qui

ſub Præſide Rictiováro, poſt vária torménta cápitis decollatióne martyrium ſumpſit. Eódem die: * Sancti Herculáni mílitis, qui in Paſſióne Alexándri [Papæ] légitur. Apud Lugdúnum: * Depoſítio Sancti Lupi Epíſcopi ex Anachorétâ. Autiſſiodóri: * Sancti *a* Aunachárii Epíſcopi & Confeſſóris. Bleſis: * Sancti Solémnis *b* Epíſcopi Carnoténſis.

a Saint Aunaire.
b Saint Soulaine.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Incipit Prólogus.

HEiſterbachi, B. Cæſarii Prioris, qui Sanctorum Ordinis geſta fideliter ſcripſit & ſecutus eſt. In Belgio, Depoſitio B. Balduini, qui primùm Monachus apud S. Petrum de Gandavo, inde ad eremum tranſiens, demùm juſſus à S. Deipara Monaſterium de Bodeloo ſub inſtituto Ciſtercienſi conſtruxit, & in eo ſanctiſſimè vixit & mortuus eſt.

26 Sexto Kal. Octobris. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 28 29 30 1 2 3

NATALIS Sanctórum Mártyrum Cypriáni & Juſtínæ Vírginis: * quorum Juſtína multa propter Chriſtum perpéſſa, ipſum quoque Cypriánum, cùm eſſet magus & mágicis ſuis eam dementáre conarétur, convértit ad Chriſtum: * cum quo póſteà martyrium ſumpſit [ſub Diocletiáno Imperatóre & Eu-

thólmio Præside.] Horum córpora póstmodùm à Christiánis Romam delata sunt. Romæ: * Sancti Eusébii [Papæ &] Confessóris. In civitáte *a* Albáno: * Sancti Senatóris.

a Albein en Ecosse.

℣ Et alibi, &c.

Lect. Reg. Exurgámus ergo, &c.

IN Hibernia, S. Odani, qui ex Monacho electus Episcopus Armacanus, & virtutes S. Malachiæ imitatus, in senectute bona decessit In Germania, B. Henrici, in sæculo quondam Doctoris nobilissimi, & postea in Clausto Conversi humillimi. In Hispania, Depositio Venerabilis Annæ sanctimonialis Abulensis; quæ silentio & chameuniis insignis fuit.

D Quinto Kal. Octobris.* Luna. 27.

a b c d e f g h i k l m n p q r
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 *
ſ t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 29 30 1 2 3 4

Comm. & M.

APUD civitátem Ægéam, Natális Sanctórum Mártyrum Cosmæ & Damiáni: * qui sub persecutióne Diocletiáni, post multa torménta, víncula & cárceres ℣ [in mare mersi & divínâ virtúte edúcti: * igni copióso impóśiti sed, frigénte igne illæsi ℣ cùm superióres torméntis exísterent: * parátis crúcibus Procónsul ímpius eos suspéndi & lapídibus jussit urgéri ℣ hinc sagíttis ággredi: * ac tandem gládio præcépit absúmi.] Referúntur étiam passi in eórum collégio tres fratres germáni eo-

rúmdem: * id est Anthimus, Leóntius & Euprépius. Eódem die: * Sanctórum fratrum Adúlfi & Joánnis ℣ qui apud Córdubam civitatem pro Christo coronáti sunt. [In] Castro *a* Pseudúno: * Sancti Florentíni ℣ qui, unà cùm Beáto Hilário, post abscissiónem linguæ, gládio jussus est feríri.

a Semont en Bourgogne.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Succínctis ergo fide, &c.

IN Territorio Lingonensi, B. Gilberti Monachi, qui ex Ordine Canonico veniens Claramvallem, S. Bernardi singularis cultor & imitator factus est, &, ipso sibi apparente, mortuus, fulgore insolito coruscavit. In Clarofonte Lutzemburgensi, B. Joannæ Abbatissæ, genere, sanctitate & Angelorum colloquio nobilissimæ.

28 Quarto Kal. Octobris.* Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
s t u A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 29 1 30 1 2 3 4 5

IN Agro Lemovicénsi: * Dedicátio Eccléstæ de Bono Loco.] Apud Tolósam: * Sancti Exupérii Epíscopi & Confessóris ℣ qui Beátus vir quantùm sibi extíterit parcus, quantúmque áliis largus, Sanctus Hierónymus memorábili prosecútus est relátu. Romæ: * Natális Sancti Stactéi [Mártyris. In] civitáte Jánuis: * Sancti Salónis Epíscopi & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Cùm ergo interrogassémus, &c.

DUnis in Belgio, B. Laurentii Monachi, cujus devotio singularis erga Beatissimam Mariam commendatur. Hemmenrode, B. Matthæi Monachi, eximiâ pietate illustris. In Claravalle, B. Fulcardi Conversi, de quo testatus est S. Bernardus, *quoniam cum Deo ambulavit.*

F Tértio Kal. Octobris. * Luna, 29

a b c d e f g h i k l m n p q r
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
s t u A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 29 1 2 1 2 3 4 5 6

IN Monte Gargáno, venerábilis memória Beáti Archángeli Michaëlis: * ubi ipsíus nómine habétur Eccléfia vili facta fchæmate: fed cæléfti prædita virtúte. In Thrácia: * Natális Sanctórum Eútici, Plauti & Heráclex [Mártyrum.] Autifiodóri: * Sancti Fratérni Epifcopi & Confeffóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De genéribus Monachórum.

CIfercii, B. Hermanni Abbatis Vvaldfaffenfis; qui Sanctorum Patrum fervorem æmulatus, contemplationem actioni conjunctam habuit. In Longoponte, S. Joannis Monachi, cujus virtutes & miracula illuftri teftimonio commendantur. In Lufitania, Inftitutio Ordinis de Ala in honorem S. Michaëlis, quòd Beatiffimus Archangelus Agarenorum exercitum hac die profligare vifus fit ab Alphonfo Rege tunc pugnante.

30 Prídie Kal. Octobris.* Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
ſ t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 1 2 3 2 3 4 5 6 7

IN Béthleem Judæ, Depositio Beáti Hierónymi Presbyteri: * qui [ómnium stúdia litterárum adéptus atque probatissimórum Monachórum imitátor factus ?] óbiit anno ætátis suæ nonagésimo octávo, mense sexto. In Gálliis, Castro a Solodóro: * Pássio Sanctórum Mártyrum Victóris & Ursi ex glorióſa legióne Thebeórum ? qui primò diris supplíciis excruciáti, sed cæléſti super eos lúmine coruscánte ruéntibus in terram minístris erépti sunt: * deindè in ignem missi, sed in nullo pénitùs læsi ? novíssimè gládio consummáti sunt. In civitáte Placéntiá: * Sancti Antoníni Confessóris. ℣ Et álibi, &c. MM.

a Soleure en Suisse.

Lectio Reg. Qualis débeat esse Abbas.

IN Claravalle, Depositio B. Conradi Episcopi & Cardinalis Portuensis; qui ex Abbate Cisterciì ad eam dignitatem evectus, variis Legationibus Ecclesiæ universáli in tantùm profuit ut etiam in Summum Pontificem electus sit: sed vir humilis honorem fugiens maluit sepeliri ad latus S P. N Bernardi, cujus habitum & vitam olim Villarii sectandam susceperat. Morerolæ in Hispania, Beati Benédicti Monachi, qui sumpto viatico in Missa Prioris cui ministrabat, decedens mansit erectus super genua dum Conventus officium consuetum pro ipso jam defuncto persolvit.

OCTOBER.

A Kaléndis Octobris. * Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r s
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 1 2 3 4 3 4 5 6 7 8

j. Lect. & M. Vsuard. sic habet. Sanctorum Cōfessorum Germani & Remigii, quorum prior Autissiodorénsem; alter Rhemensem gubern. &c.

TRANSLATIO [Sancti Remígii Epíscopi Rheménsis: * unà cum Beátis Germáno & Vedásto ℣ quorum prior Autissiodorénsem: * hic verò Attrebaténsem atque Cameracénsem] Eccléſiam gubernávit. Romæ: * Natális Beáti Aréthæ Mártyris ℣ & aliórum quingentórum quátuor. Tomis: * Sanctórum Prisci, Creſcéntis & Evágrii Mártyrum. Apud Provínciam Lusitánam [in] civitáte Olissepónâ: * Sanctórum Mártyrum Veríssimi ℣ Maximæ & Júliæ sorórum ejus. In civitáte Tornáco: * Sancti Piatónis Presbyteri ℣ qui cum Beáto Dionysio ejusque sóciis ab urbe Româ Gálliam prædicatiónis causâ expétiit: * ac póstea consummáto martyrio migrávit ad Christum. In portu Gandâ: * Sancti Bavónis Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ergo cùm áliquis súscipit nomen Abbátis, &c.

IN Hibernia, B. Nehemiæ discipuli S. Malachiæ, & Episcopi Cluanensis, sapientiâ, castitate, & simplicitate præfulgidi. Villarii, B. Ulrici Monachi, qui tanta sanctitate claruit, ut dum Sacramenta offerret globus igneus apparuerit super caput illius.

2 Sexto Nonas Octobris. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
s t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 1 2 3 4 5 4 5 6 7 8 9

FESTIVITAS Sanctórum Angelórum custódum.] Nicomédiæ : * Sancti Eleuthéri Mártyris cum áliis innúmeris ; quorum jubénte Diocletiáno Imperatóre, acervátim collécti álii gládiis obtruncabántur, álii ígnibus cremabántur [álii in mare precipitabántur : *] sed horum primus Eleuthérus, cùm cruciátus diù, per síngula torménta validior redderétur ; martyrium victóriæ suæ ígnibus, velut aurum examinátus, complévit. In Território Adarténsi villâ a Sericínio : * Páffio Beáti Leodegárii Augustodunénsis Episcopi ; quem, váriis, injúriis & divérsis supplíciis pro veritáte afflíctum : * Ebroïnus major domus régiæ interfécit. Eódem die : * Sancti Gerini Mártyris fratris Beáti Leodegárii. In [urbe] Antiochiâ : * Sanctórum Primi, Quirílli & Secundiáni Mártyrum. [Trecis in cellâ Sancti

MM. maj.

a Sercin en Artois.

Bertíni : * Sancti Seréni Confessóris ibídem quiescéntis. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. In doctrínâ, &c.

PEtrúsii, Depositio Urbani Papæ IV. qui ex Monacho Fossæ-Novæ, Patriarcha Jerosolymitanus, & tandem Romanus creatus, ad instantiam plurimarum Virginum Ordinis, solemnitatem Corporis Christi instituit, & Ecclesiam virtutibus suis illustravit. In Claravalle obitus Theobaldi Campaniæ Comitis, qui sub finem vitæ assumpto habitu, & prævisâ mortis suæ horâ, eleemosynas quas fecit Ecclesiis Sanctorum, fine sanctissimo coronavit. Villarii, B. Godefridi Pachomii Monachi; qui humilitate, dono prophetiæ & miraculis fuit insignis.

C Quinto Nonas Octobris. * Luna. 3

a b c d e f g h i k l m n p q r
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
ſ t u A B C D E F F G H M N P
27 28 29 1 2 3 4 5 6 5 6 7 8 9 10

IN Agro Lusitániæ Bracaréſi : * Dedicátio Ecclesiæ de Búrio. Eódem die : *] Natális Beáti Dionysii Epíscopi & Mártyris ; qui post claríssimam confessiónem fídei, post gravíssima tormentórum génera ; glorióso martyrio coronátus est : * ut testátur Arístides Atheniénsis vir fide sapientiâque mirábilis ; in eo ópere quòd de Christiánâ religióne compósuit. Apud antíquos Saxónes : * Sanctórum Mártyrum duórum Euvaldórum ; qui cùm essent Presbyteri & prædicáre ibi Christum cœpíssent, comprehénsi sunt à pagánis & occísi : *

ad

ad quorum córpora nocti multa diu lux appárens ℣ & ubi essent & cujus essent mériti declarávit. Romæ ad ursum pileátum: * Sancti Cándidi Mártyris.

℣ Et álibi &c.

Lectio Reg. Meminísse debet, &c.

VIllarii, B. Godefridi Monachi & Sacristæ, qui è Monasterio S. Pantaleonis Coloniensi ad Cistercienses transiens, tantis virtutibus, signis, donis & revelationibus cælestibus illustratus est, ut ejus, post obitum, corpus nutu divino inter Sanctorum reliquias repositum fuerit. Poundini in Germania, B. Irmengardis Abbatissæ, cujus mors pretiosa in conspectu Domini apparuit.

4 Quarto Nonas Octobris.* Luna. D.

a b c d e f g h i k l m n p q r s
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
t u A B C D E F F G H M N P.
29 1 2 3 4 5 6 7 6 7 8 9 10 11

IN civitáte Asísii: * Natális Beáti Francísci Diáconi & Confessóris ℣ Fundatóris Ordinis Minórum. In Agro Lemovicénsi: * Dedicátio Ecclésiæ de Buéllio.] Apud Corinthum, Natális Beatórum Crispi & Cáii: * quorum méminit Sanctus Paulus Apóstolus Corinthiis scríbens. In Ægypto: * Sanctórum Mártyrum Marci & Marciáni fratrum, & aliórum cum eis innumerabílium non inferióris glóriæ, utriúsque sexûs atque omnis ætátis ℣ quorum álii, post vérbera & divérsi géneris horríbiles cru- *12. Lect. & M.*

ciátus, flammis tráditi sunt: * álii in mare præcipitáti ꝛ nonnúlli étiam cápite cæsi: * plúrimi inédiâ consúmpti ꝛ álii patíbulis affíxi: * quidam étiam cápite deórsùm verso & pédibus in sublíme sublátis ꝛ beatíssimam passiónis corónam meruérunt. [In] civitáte Parísiis: * Sanctæ Aureæ Vírginis. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De adhibéndis, &c.

URsicampi, B. Hervæi Abbatis, cujus dum puer esset, sanctitas futura S. P N. Bernardo revelata est. In Hispania B. Mariæ, Carisii primæ Abbatissæ, quæ regio generi suo humilitatem veli religiosi prætulit.

E Tértio Nonas Octobris. * Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r s
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 7 8 9 10 11 12

3. Lect. & M. Indulg. plen.

APUD Sicíliam: * Natális Sanctórum Mártyrum Plácidi, Eutychii, & aliórum trigínta [In Agro Sarlatènsi, Dedicátio Ecclésiæ Caduniénsis: * cujus fundaménta jacta sunt in custódiam sanctíssimi Sudárii Dómini ꝛ anno millésimo centésimo décimo octávo. Item, Dedicátio Ecclésiæ sacri Portûs de Barbéllo in Diœcesi Senonénsi: * ad sepultúram piíssimi Ludovíci séptimi Francórum Regis constrúctæ.] In Euménià: * Beáti Tharásiæ Epíscopi ꝛ apud Smyrnam martyrio consummá-

ti. In Gálliis civitáte Valéntiâ: * Sancti Apollináris Epíscopi ¶ cujus & vita virtútibus insígnis fuit: * & mors nihilóminùs signis & prodígiis decorátur. Autisiodóri: * Depositio Sanctórum germanórum Firmáti Diáconi & Flaviánæ Vírginis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quæ sint instrumenta bonórum óperum.

MAcenáriæ in Lusitania, B. Sueri Abbatis, qui se suumque Monasterium reformationi Cistercienſi addixit, & admirandâ sanctitate effulsit. Vvaldsassi in Germaniâ, B. Guerruvici Monachi, qui eu..dem Ordinem in eo Monasterio instituit.

6 Prídie Nonas Octobris.* Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
s t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 8 9 10 11 12 13

IN Calábriâ: * Sancti Brunónis Confessóris ¶ Ordinis Carthusianórum Institutóris. In Província Bituricénsi: * Dedicátio Beátæ Maríæ de Loco-Régio.] Apud Cápuam: * Natális Sanctórum Mártyrum Marcélli, Casti, Æmílii & Saturníni. Eódem die: * Beáti Ságaris Mártyris & Epíscopi Laodicénsis ¶ qui unus fuit de ántiquis Pauli Apóstoli discípulis. In Gálliis civitáte Aginno: * Natális Sanctæ Fidis Vírginis & Mártyris ¶ cujus exemplo Beátus

j. Let. & M.

Capráſius ad agónem martyrii animátus eſt. Romæ: * Sanctæ Balbínæ Vírginis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Obediéntia.

PIſis in Tuſcia, B. Balduini Epiſcopi, qui ex Monacho Claraval lenſi creatus Cardinalis in Concilio Claromontano, Eccleſiam poſteà Piſanam regens multa propter juſtitiam paſſus eſt. Ciſterdi, B. Odónis Mónachi, qui cum S. P. N. Roberto è Moliſmo veniens, ſcientiâ & morum honeſtate multùm Ordini naſcenti profuit.

G Nonis Octobris. * Luna. 7

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
ſ t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 9 10 11 12 13 14

Comm. & M.

ROMÆ, viâ Appiâ: * Depoſitio Beáti Marci Papæ. Apud Provínciam quæ nuncupátur Augúſta *a* Euphratéſia: * Sanctórum Mártyrum Sérgii & Bacchi ſub Maximiáno Imperatóre ℣ quorum Bacchus támdiù nervis crudis eſt cæſus quoadúſque totus córpore diſcíſſus, in confeſſióne Chriſti emítteret ſpíritum: * Sérgius verò clavátis cothúrnis pedes indútus, cùm in fide fixus manéret ℣ datâ ſenténtiâ juſſus eſt decollári. Apud eándem Provínciam: * Sanctæ Júliæ Vírginis ℣ quæ ſub Marciáno Præſide martyrium conſummávit. Eódem die: * Sanctórum Marcélli & Apuléi ℣

a Comagene en Syrie.

qui per Apóſtolum Petrum, relícto Simóne [mago] Apoſtólicæ doctrínæ ſe tradidérunt: * ac póſtmodùm ſub Aureliáno Conſulári martyrii corónam reportárunt ℣ ſepúlti non longè ab urbe Româ.

℟ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Taciturnitáte.

IN Hiſpania, S. Martini Vallis Paradiſi primi Abbatis; qui vitam priùs ducens eremiticam auſteritate nimiâ, adactus eſt ab Alphonſo Rege ad vitam cœnobiticam, cui propterea idem Rex conſtruxit prædictum Cœnobium. In Clarofonte Lutzemburgenſi, B. Havydis Abbatiſſæ, quæ nobilitatem ſanguinis & virginitatis, humillimâ converſatione illuſtravit.

8 Octávo Idus Octobris. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 10 11 12 13 14 15

SANCTÆ Birgíttæ víduæ: * quæ poſt multas ſanctórum locórum peregrinatiónes ℣ divíno affláta ſpíritu, Romæ quiévit décimo Kaléndas Auguſti: * poſtrídiè verò hujus diéi in Suéciam corpus ejus tranſlátum fuit. [Eódem die: * Natális] Beáti ſenis Simeónis ℣ qui in Evangélio légitur Dóminum ſuis ſuſcépiſſe in ulnis. Apud Theſſalónicam: * Páſſio Sancti Demétrii Mártyris. [In] civitáte Hiſpali: * Sancti Petri Mártyris. In Território Laudunénſi: * Sanctæ Benedictæ Vírginis & Comm.

Mártyris. Ipſo die : * Sanctæ Pelágiæ quæ peccátrix appellátur. ¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Humilitáte.

DUnis in Belgio, B. Eliæ Abbatis, cujus præclaras animi dotes, ſanctitatem & doctrinam tota Europa cóluit. Toleti, Depoſitio Venerabilis Beatricis, generis & virtutum ſplendore celeberrimæ.

B Séptimo Idus Octobris.* Luna. 9

a b c d e f g h i k l m n p q r
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3
ſ t u A B C D E F F G H M N P
4 5 6 7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

MM. PARISIIS, Natális Sanctórum Mártyrum Dionyſii Epíſcopi, Rústici Preſbyteri, & Eleuthérii Diáconi: * qui beatus Epíſcopus à Pontífice Romano in Gállias prædicándi grátiâ directus ad præfátam urbem devénit: ubi per áliquot annos commíſſum ſibi opus ſolerter & ardénter proſéquens: * tandem à Præfécto Feſcennino, unà cum ſóciis, gládio animadvérſus martyrium complévit. [In Agro Senonénſi: * Dedicátio Eccléſiæ Vallis-Lucéntis. Eódem die, apud Cœnomanénſes: * conſecrata eſt Eccléſia Perſígniæ. Item in Território Cathalaunénſi: * Dedicátio Beátæ Maríæ de Charméyâ. Ipſo die: * Sancti] Abrahæ Patriárchæ. Apud Júliam [in Território Parménſi] viâ Cláudiâ: * Sancti Domnini Mártyris ſub Maximiáno [Imperatóre ?] qui cùm

vellet persecutiónis rábiem declináre: * prótinùs insecútus & nihilóminùs gládio transverberátus, gloriósè occúbuit. [Item, Natális Sancti Gisléni Confessóris: * apud Ursidóngum in Hannóniâ. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Primus ítaque humilitátis, &c.

IN Claravalle, B. Gerardi Abbatis Novæ-Vallis Sueciæ, qui juxta prophetiam S. Bernardi è Suecia reversus, ibidem sancto fine quievit. Aquiriæ in Belgio, B. Jolentæ Monialis & sociæ S. Lutgardis, cui etiam post obitum gloriosa apparuit. Ibidem, Elevatio corporis B. Sybillæ scientiâ quondam & pietate illustris, quæ Sanctam Lutgardem in Ordine educavit.

10 Sexto Idus Octobris.* Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3
r s t u A B C D E F F G H M N P
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 12 13 14 15 16 17

IN Diœcesi Cathalaunénsi: * Dedicátio Eccléstæ de Tribus-Fontibus.] Apud Cretam: * Beáti Pyníti inter Epíscopos nobilíssimi ; qui in scriptis suis velut in quodam spéculo vivéntem sui derelíquit imáginem. [In] civitáte Agrippinénsi: * Sancti Gereónis Mártyris, cognoménto maltósi, cum áliis trecéntis decem & octo ; qui persecutióne Maximiáni Tyranni, pro verâ pietáte colla patiénter gládiis subdidérunt. Item, in Território ejúsdem urbis: * Sancti Victóris Mártyris & aliórum decem &

ſeptem. Item, Sanctórum Mártyrum Cáſſii & Floréntii: * cum áliis plúribus. In Británniâ: * Sancti Paulíni Epíſcopi [Eboracénſis & Confeſſóris. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Secúndus humilitátis, &c.

JN Luſitania Bracarenſi, B. Gundiſalvi Abbatis Junienſis, qui ſanctitate & miraculis clarus obiit, orans flexis genibus, oculis ac manibus in cœlum erectus. Hemmenrode, B. Jordani Monachi, abſtinentiâ & miraculis clari. In Hiſpania, Depoſitio Henrici Principis Luſitaniæ, Magiſtri Militiæ de Chriſto, qui bonus odor Chriſti factus uſque ad extrema terræ, victor & virgo efflavit animam.

Ð Quinto Idus Octobris.* Luna. 11

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29. 1 2 3 4 5 6
t u A B C D E F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 13 14 15 16 17 18

JN Território Rheménſi: * Dedicátio Baſílicæ Vallis-Régiæ.] Apud Tharſum Metrópolim Cilíciæ: * Natális Beatiſſimórum Mártyrum Taráci, Probi & Andrónici ? qui perſecutióne Diocletiáni, longo témpore, carceráli ſqualóre afflícti, & tértiò divérſis torméntis ac ſupplíciis exámináti: * in confeſſióne Chriſti triúmphum glóriæ adépti ſunt. In pago *a* Vilcaſíno: * Páſſio Sanctórum Nigáſii [Epíſcopi Rothomagénſis ?] & ſociórum ejus *b* Quiríni, *c* Piéntiæ, & *d* Scuvítuli. [In] civitáte *e* Uſéciâ: * Sancti Firmíni Epíſcopi & Con-

a Verin.
b Saint Serin.
c Saint Pianche.
d Saint Igobille.
e Uſés.

fessóris. Rotóne *f* in Armóricis: * Sancti Æmiliáni Confessóris. ℣ Et álibi, &c. *f* Redon.

Lectio Reg. Tértius humilitátis, &c.

MOrerolæ in Hispania, B. Roderici Novitii, cujus intra probationis annum admiranda sanctitas & præmium gloriosum commendatur. In Anglia, Depositio Henrici Episcopi Vvintonienſis, qui neglecto splendore Regii sanguinis, Monachus & postea Abbas Glascovienſis efficitur. In Episcopatu autem, etsi ad horam deliquerit, eum tamen ferunt claruisse prophetiæ dono, & S. Thomæ Cantuarienſi constanter adhæsisse.

32 Quarto Idus Octobris. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
s t u A B C D E F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 14 15 16 17 18 19.

APUD Ravénnam, viâ Laurentínâ: * Natális Sancti Edístii Mártyris. In Africâ: * Sanctórum Confessórum & Mártyrum quátuor míllium & nongentórum septuagínta sub Hunnérico Rege, qui cùm essent Eccleſiárum Dei Presbyteri, & Diáconi: * associátis sibi turbis fidélium populórum pro defensióne cathólicæ veritátis in horríbilis erémi exílium trusi, & ad extremum váriè excruciáti martyrium celebrárunt: * inter quos erant Cypriánus & Felix præcípui Dómini Sacerdótes. In Syriâ: * Sancti Eustáchii Presbyteri. [Bitúricis: * Sancti Epiónis Presbyteri. ℣ Et álibi, &c. *a* Saint Pion.

Lectio Reg. Quartus humilitátis, &c.

IN Neuſtria, B. Euſtachii Abbatis Flayenſis, qui doctrinâ, zelo apoſtolico & miraculis claruit. In Belgio Mechlinienſi, Venerabilis Mariæ, Prioriſſæ de Muyſen, cujus mentis & morum ſenectus numero annorum computata non fuit.

F Tértio Idus Octobris.* Luna. 13

a b c d e f g h i k l m n p q r
21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7
ſ t u A B C D E F F G H M N P.
8 9 10 11 12 13 14 15 16 15 16 17 18 19 20.

IN Território Lingonénſi:* Dedicátio Sanctæ Maríæ de Claraválle. Eódem die:* Anniverſárium Dedicatiónis Eccleſiárum Claræ-vallis Pataviénſis: Theſauri & Gomerifóntis in Diœceſi Rothomagénſi:* & Baſílicæ Dunénſis, quæ non ſine miráculo conſecráta eſt.] Apud Tróadem:* Natális Beáti Carpi diſcípuli Apóſtoli Pauli. In Hiſpániis civitáte Córdubâ:* Páſſio Sanctórum Fauſtíni, Januárii, & Martiális; qui primò equúuli pœnâ cruciáti:* deíndè ſupercíliis raſis, áuribus quoque & náribus præcíſis, ac déntibus ſuperióribus evúlſis; ad últimum, ignis paſſióne martyrium conſummavérunt. In Hiſpániâ:* Sanctórum Adriáni & Marci Mártyrum. Chalcedóniæ:* Sancti Marcélli Mártyris. Antiochiæ:* Sancti Theóphili; qui ſextus ab Apóſtolo Petro Eccléſiæ Pontificátum tenuit. Turónis:* Sancti Venántii Abbátis. Cavérnæ ad Ripam

Longánæ : * Sancti *a* Leobóni Presbyteri & Confessóris. Ipso die Aureliáci *b* in Arvérniâ :* Sancti *c* Geráldi Confessóris. ℣ Et álibi, &c.

a Saint Louveins. *b* Orillac. *c* Saint Gerauld.

Lectio Reg. Quintus humilitátis, &c.

FUsniaci, Depositio B. Gerbrandi Abbatis Claricampi in Frisia, cujus anima visa est, ab Angelis in cœlum deferri. In Hispania, Venerabilis Bernardi Monachi Vallis Bonæ, qui virginitatem & vitæ innocentiam servavit usque ad mortem.

14 Prídie Idus Octobris.* Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8
ſ t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 17 16 17 18 19 20 21

ROMÆ, viâ Aurélia : * Natális Beáti Calíxti Papæ & Mártyris. Hunc Alexánder Imperátor sub diútinâ custódiâ, fame cruciári & quotidiè fústibus cædi jussit: * tandem verò, per fenéstram domûs in quâ custodiebátur præcipitátus, victóriæ triúmphum proméruit. [In Agro Gálliæ Novioménsi: * Dedicátio Eccléſiæ de Ursicampo.] In Cappadóciâ:* Sanctórum Saturníni & sociórum Mártyrum. Córdubæ : * Sanctórum Mártyrum Lupi & Aurélix. [In] civitate *a* Tudertínâ : * Sancti Fortunáti Epíscopi, qui in effugándis spirítibus immúndis imménsæ virtútis grátiâ enítuit. ℣ Et álibi, &c. *Comm.*

a Tody en Italie.

Lectio Reg. Sextus humilitátis, &c.

IN Claravalle, Depositio B. Alani Episcopi Autissiodorensis; qui ex Monacho Claræ vallis factus Ripatorii Trecensis primus Abbas, & ex Abbate Pontifex, relictâ tandem Cathedrâ, solitudinis & contemplationis amore rediit ad suam Claramvallem. Ibidem, B. Gaufredi Episcopi Soritani in Sardinia, qui veniens ad Capitulum Generale, & inde Claramvallem ad translationem dilectissimi Patris sui S. Bernardi, febre correptus finem vitæ Pontificalis sortitus est, ubi initia Monasticæ susceperat, Cistercii, B. Joannis tertii hujus nominis Abbatis, quem abstinentia singularis & labores pro Ordine usque ad mortem susceptî commendant. In Belgio, B. Claræ, Belli-Prati Abbatissæ, quam paupertatis amor, zelus disciplinæ & miracula clarissimam fecerunt.

A Idibus Octobris.* Luna. 15.

a b c d e f g h i k l m n p q r
23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9
s t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 17 18 19 20 21 22

R. 2. cl. & M. ABULÆ in Hispánia: * Sanctæ Therêsiæ Vírginis, fratrum ac sorórum Ordinis Carmelitárum arctióris observántiæ matris & magístræ. Eódem die: * Dedicátio Ecclesiárum Albæ-Ripæ Lingonénsis, & Petrósæ Petragoricénsis.] Apud Colóniam Agrippínam: * Natális Sanctórum trecentórum Mártyrum, qui cùm essent ex legióne sacrâ Thebeórum: * apud eándem urbem cursum sui agónis complevérunt. Romæ, viâ Aurélia: * Sanctæ Fortunátæ Mártyris. Cápuæ: * Sancti Lupílli Mártyris. Lugdúni: * Sancti Antióchi Episcopi, qui strénuè administráto Pontificii

cúlmine ad quod assúmptus fúerat: * regnum cæléste adéptus est. In Território Rhemén-si: * Sancti *a* Básoli Confessóris. *a* Saint Bâle.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Séptimus humilitátis, &c.

In Emmenrode, B. Richvvini Monachi, qui ab initio conversionis adversus principes tenebrarum strenuè colluctatus, præmium agonis sui coronam incorruptam accepit. Item in Germania, B. Elizabeth Abbatissæ Hovenensis, virtutibus & revelationibus illustris.

16 Decimoséptimo Kal. Nov.* Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r
24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
s t u A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 19 18 19 20 21 22 23

TREBINIACI in Polónia: * Depositio Sanctæ Heduvígis víduæ, quæ mortuo viro suo Duce Silésiæ Hénrico, in illud Monastérium se recípiens: * méruit à Cleménte quarto Sanctórum cathálogo ascríbi. Prullíaci in Agro Senónico: * Dedicátio Eccléstæ ejúsdem loci.] In Africâ: * Sanctórum Mártyrum ducentórum septuagínta páriter coronatórum. Ibídem: * Sanctórum Mártyrum Martiáni & & Satyriáni cum duóbus frátribus eórum, qui pro constántiâ fídei cathólicæ primùm nodósis fústibus cæsi & usque ad ossa laniáti: * cùm multo témpore tália paterèntur, sequénti die *3. Lect. & M.*

ſemper incólumes reddebántur: * noviſſimè in exílii relegatióne vínctis pédibus poſt terga curréntium quadrigárum inter ſpinóſa loca ſylvárum páriter juſſi ſunt intéríre. Paſſa eſt étiam Máxima virgo cum eis. In Aſiâ: * Sanctórum Saturníni & Nerei, cum áliis trecéntis ſexagínta quinque, Mártyrum. In pago Biturícenſi: * Sancti *a* Ambróſii Epíſcopi Cadurcénſis. Dervi *b* in pago Partenſi: * Sancti Berchárii Abbátis.

a Saint Ambroiſe.
b Mõtier-Randé, en Parthenois.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Octávus humilitátis, &c.

TYri in Syria, Depoſitio B. Balduini Cantuarienſis Epiſcopi, qui doctrinâ & pietate illuſtris, eandem in Pontificatu ſimplicitatem humilitatem & auſteritatem vitæ retinuit; quam Fordæ in Anglia Monachus didicerat. In Hiſpania Tarraconenſi, B. Bernardi Epiſcopi; qui etiam potens opere & ſermone, cùm eſſet Abbas ſanctarum Crucum, aſſumptus eſt invitus ad regendam Eccleſiam Viquenſem, & ubique zelo fidei, virginitate, miraculis & auſteritate fuit illuſtris.

C Sextodécimo Kal. Nov. * Luna. 17

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
ſ t u A B C D E F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 20 19 20 21 22 23 24

DEDICATIO Beátæ Maríæ de Ciſtércio. Eódem die: * Anniverſárium conſecratiónis Eccléſiæ de Aquâ Carnotenſi ? & Sanctimoniálium Ambianénſium de Hiſpánia.]

In [urbe] Antiochia: * Natális Beáti Herónis discípuli Beáti Ignátii Epíscopi: qui post eum Epíscopus factus, viam magístri pius imitátor secútus: * pro commendáto grege amátor Christi occúbuit. Nicomédiæ: * Pássio Sanctórum Victóris, Alexándri & Mariáni. [In] civitáte Aráusicâ: * Sancti Florentíni Epíscopi: qui multis clarus virtútibus in pace quiévit. In Território Nivernénsi: * Sancti Vincéntii Presbyteri & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Nonus humilitátis, &c.

Cistercii, B. Gilberti Abbatis, omni scientiarum & virtutum genere verè Magni; qui crebris etiam post obitum miraculis claruit. In Valle Ecclesiarum Hispanâ, Depositio Venerabilis Chrisostomi Alcobaciæ Monachi, qui patientiâ & humilitate fulgidus, tempore sibi revelato decessit.

18 Quintodécimo Kal. Nov.* Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q
26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
r s t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 20 21 22 23 24 25

NATALIS Beáti Lucæ Evangelístæ: * qui cùm esset septuagínta trium annórum: obiit in Bithynia plenus Spíritu Sancto: * cujus ossa vigésimo Constántii anno Constantinópolim translata sunt. [In Território Cathalaunénsi: * Consecrátio Eccléstæ de Mona- *MM. maj.*

ſtériis in Argónâ.] Eódem die: * Sancti Aſclepíadis Antiochéni Epíſcopi ; qui unus fuit ex præcláro Confeſſórum número qui ſub Décio gloriósè paſſi ſunt. In Africâ: * Sanctórum Mártyrum Victóriſ & ſociórum. In Território Belvacénſi: * Sancti a Juſti Mártyris. Romæ: * Sanctæ Triphóniæ uxóris Décii Cæſaris.

a S. Jû.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Décimus humilitátis gradus eſt, ſi non ſit facílis, &c.

IN Claravalle, B. Guichardi Monachi; cujus morientis gloria oſtenſa eſt Beato Roberto Abbati ſuo. Ibidem, Tranſlatio B. Aleydis Matris S. P. N. Bernardi. In Monaſterio Belgii Affligemienſi, Commemoratio Beatiſſimæ Virginis, quando per os imaginis ibidem aſſervatæ Beatum Bernardum palam ſalutavit.

E Quartodécimo Kal. Nov. * Luna. 19

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
t ũ A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 22 21 22 23 24 25 26

IN Bélgio Cameracénſi: * Anniverſárium Dedicatiónis Beátæ Maríæ de Valcéllis. Eódem die, conſecráta fuit Eccléſia Regális Montis in agro Belvacénſi: * agénte & præſénte Sancto Rege Ludovíco; qui eam à fundaméntis conſtrúxerat.] Apud Alexándriam Ægypti Metrópolim: * Natális Sanctórum Mártyrum Ptolomæi & Lúciæ ſub Marco Antoníno;

tonino ? quorum prior multo tempore squalore carceris macerátus, ad últimum cùm de Christi magistério públicâ confessióne testarétur jussus est duci ad mortem :* sequens quoque, cùm se Christiánum libérrimè faterétur ? símilem sententiam excépit. In [urbe] Antiochia Syriæ : * Sanctórum Mártyrum Berónici, Pelágiæ & aliórum quadragínta novem. Putéolis : * Natális Sanctórum Próculi, Nicææ matris ejus & aliórum Mártyrum.

℣. Et álibi, &c.

Lectio Reg. Undécimus humilitátis gradus, est ; si cùm lóquitur, &c.

IN Bonavalle Viennensi, B. Amedei Monachi & Presbyteri cognomento senioris, virtutibus & miraculis nobilióris quàm dignitate sæculi contemptâ. Herxenrode in Diœcesi Leodiensi, B. Elizabeth Virginis, cujus conformitatem cum Christo demonstrarunt Stigmata passionis corpori ejus impressa.

20 Tertiodécimo Kal. Nov.* Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r
28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
s t u A B C D E F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 22 23 22 23 24 25 26 27

IN Diœcesi Autissiodorénsi : * Dedicátio Basílicæ Pontigniacénsis. Eódem die : * consecráta est Ecclésia Carolilóci Sylvanecténsis ? de Misericórdia Dei Pictaviénsi : * Porigníaci in Aquitánia ? & de Vallóliis apud Morinén.

ſes.] Apud Aviénſem a Provínciam : * Natális Beáti Máximi Levítæ & Mártyris ; qui pa-tiéndi deſidério inquiréntibus ſe perſecutóribus palàm oſténdit : * & poſt reſponſiónum conſtántiam equúleo ſuſpénſus & tortus ; dein fústibus cæſus & ad últimum [è ſublími loco præcipitátus : *] óbrutus occúbuit. In Gálliis civitáte Agínno : * Sancti Caprásii Mártyris ; qui cùm rábiem perſecutiónis declínans latéret in ſpelúncâ : * tandem [áudiens quáliter Beáta Fides virgo pro Chriſto agonizáverit ; orávit ad Dóminum ut ſi eum glóriâ martyrii judicáret dignum, ex lápide ſpelúncæ aqua limpidíſſima emanáret : * quod præſtánte Dómino] animátus ad toleántiam paſſiónum ſecúrus ad áream certáminis properávit ; & palmam martyrii fórtiter dimicándo proméruit. Ipſo die, Paríſiis : * excéptio Sanctórum Mártyrum Geórgii Diáconi & Aurélii.

a Abie, au Royaume de Naples.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Duodécimus humilitátis gradus, eſt, ſi non ſolùm, &c.

SAvigniaci in Neuſtria, B. Guillelmi Abbatis, cujus converſionem & ſanctitatem futuram mirabili viſione S. Aymo Magiſter ejus prævidit. In Luſitania, B. Elizabeth Virginis, quæ amore Chriſti & ſignis apud Aroucam rutilavit.

21 Duodécimo Kal. Nov.* Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
s t u A B C D E F F G H M N P
16 17 18 19 20 21 22 23 24 23 24 25 26 27 28

IN civitáte Colóniâ : * Pássio Sanctárum Vírginum Ursulæ, quæ & Saulæ ; & Marthæ cum áliis plúribus. Eódem die : * Sancti Patris nostri Hilariónis ; cujus vitam [Sanctus] Hierónymus virtútibus plenam scribit. In civitáte Ostiâ : * Beáti Astérii Presbyteri ; qui in passióne Beáti Calíxti Papæ légitur. Apud Nicomédiam : * Natális Sanctórum Mártyrum Dásii, Zótici & Caii cum duódecim milítibus. Ipso die : * Sancti a Viatóris Minístri Beáti Justi Lugdunénsis Epíscopi. In [urbe] Burdígalâ : * Sancti Severíni Epíscopi. MM. a Saint Viâtre.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Officiis divinis in nóctibus.

IN Livonia, Passio S. Bertholdi Episcopi, qui cùm esset Monachus & Abbas de Luxa, missus ab Honorio tertio ad prædicandum Evangelium, doctrinam fidei proprio sanguine confirmavit. In Lusitania, B. Alani Monachi, qui missus à S. Bernardo, Cœnobium de Tarouca propria sanctitate ornavit.

A Undécimo Kal. Nov. * Luna. 22

a b c d e f g h i k l m n p q r s

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

t u A B C D E F F G H M N P

18 19 20 21 22 23 24 25 24 25 26 27 28 29

IN Gállia Bellovácénsi: * Dedicátio Eccléſiæ Frígidi-montis.] Apud Adrianópolim Thráciæ: * Sanctórum Mártyrum Philíppi Epíſcopi [Severi Preſbyteri] & Hermétis ? [témpore Juliáni Apóſtatæ.] Item Beáti Marci Epíſcopi claríſſimi & doctiſſimi viri: * qui primus ex Géntibus Eccléſiam Jeroſolymórum ſuſcépit regéndam ? ac non multò póſt martyrii méruit palmam. Item, Sanctæ Sálomes: * quæ in Evangélio légitur circa Dómini ſepultúram ſollícita. [In] civitáte Oſcâ: * Sanctárum Vírginum Nunilónis & Alódiæ [ſorórum ?] quæ pro confeſſióne Chriſti à Sarracénis diútinâ cuſtódiâ macerátæ: * ac capitáli ſenténtiâ punítæ martyrium celebrárunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quot Pſalmi dicéndi ſint in nocturnis horis.

IN Germania, B. Vvigandi Prioris Vvaldſaſſii, admirandæ ſanctitatis viri. Villarii, B. Henrici Converſi, contemplatione præcipui.

23 Décimo Kal. Novemb. * Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 25 26 27 28 29 1

IN fínibus Agri Pariſiénſis: * Dedicátio Eccléſiæ de Vállibus-Cernáii.] Apud Antiochíam Syriæ: * Natális Sancti Theodoríti Preſbyteri, qui perſecutióne Juliáni ímpii poſt équúlei pœnam & multos ac duríſſimos cruciátus, étiam lampádibus circa látera appó ſitis inflammátus: * cùm in confeſſióne Chriſti perſíſteret [immóbilis?] occiſióne gládii martyrium conſummávit. In Hiſpániis: * Sanctórum Servándi & Germáni, qui [in perſecutióne Diocletiáni] poſt vérbera, ſqualórem cárceris, ſitis ac famis injúriam & longíſſimi itíneris labórem: * noviſſimè martyrii ſui curſum ferro cæſis cervícibus implevérunt. Ex quibus Germánus *a* Emeritæ: * Servándus verò Hiſpali *b* cónditus eſt. [In] civitáte Colóniâ: * Sancti Severíni Epíſcopi & Confeſſóris. In pago Pictaviénſi: * Sancti Benedícti Confeſſóris.

a Meride.
b Seville

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter æſtátis témpore agátur noctúrna laus.

IN Clarávalle, B. Gauzelini Monachi; qui longo sanctæ conversationis usu ignitas ascensiones in corde suo disponens, quadragesimo anno conversionis pervenit ad Dominum. In Monte S. Vvalburgis, B. Richmundæ Virginis, quæ sub habitu Familiarium conversationem in cœlis habuit.

24 Nono Kal. Novemb.* Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
r s t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 26 27 28 29 1 2

DEDICATIO Eccléſiæ Longi-Pontis ℣ Villæ Novæ Nanneténſis: * de Campániâ Cœnomanénſi ℣ de Bello-Prato Bellovacénſi: * & Abbátiæ Líberæ Novioménſis.] Venúſiæ in Apúliâ: * Natális Sanctórum Felícis, Audácti, & Januárii Preſbyterórum ℣ Fortunáti & Séptimi Lectórum: * qui tempóribus Diocletiáni, multis diù vínculis & carcéribus maceráti in Africâ & in Sicíliâ ℣ tandèm in occiſióne gládii conſummáti ſunt: * [ex quibus] Felix quinquagínta ſex annórum Virgo óbiit. [Nicomédiæ: * Sancti Vitális Mártyris & ſociórum.] In Británniâ minóri: * Sancti Maglórii Epíſcopi Dolénſis ℣ cujus corpus in ſui nóminis Eccléſiâ Paríſiis requiéſcit. In Vertávo a Monaſtério: * Sancti Martíni Abbátis.

a Verton en Bretagne.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter Domínicis diébus Vigíliæ agántur.

CIstercii, B. Mansúeti; qui moriens futuram Ordinis propagationem S. P. N. Stephano revelatione sibi factâ indicavit. In Grandisylvâ, B. Bernardi Monachi, qui pauperibus in hospitio sicut re verâ Christo serviens, meruit ipsum Regem Angelorum in sua specie contemplari.

25 Octávo Kal. Novemb * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r s
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
t u A B C D E F P G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 27 28 29 1 2 3

APUD urbem Suessiónem: * Sanctórum Crispíni & Crispiniáni; qui in persecutióne Diocletiáni, post immánia torménta sibi illáta: * gládio trucidáti corónam consecúti sunt. Romæ: * [Sanctórum] quadragínta sex mílitum; qui símul baptizáti à Dionysio Papâ: * mox jubénte Cláudio Imperatóre, decolláti ac viâ Saláriâ sepúlti; ubi & álii Mártyres centum vigínti & unus pósiti sunt: * inter quos fuérunt quátuor mílites Christi Theodósius, Lúcius, Marcus & Petrus. [In] civitáte Floréntiâ: * Pássio Beáti Miniátis sub Décio Príncipe. Eódem die, Petragóricis a civitáte: * Sancti Frontónis; qui Romæ à Beáto Petro Epíscopus ordinátus cum Geórgio Presbytero quem per Apóstoli báculum in iti- Comm.

a Petrigueux.

nere sócium de morte recépit: * ad prædíctam civitátem véniens magnam gentis illíus multitúdinem ad Christum convértit: & multis miráculis clarus quiévit in pace. [In] civitáte *b* Gávalis: * Sancti *c* Hilárii Epíscopi & Confessóris.

b Jaroux en Givaudan.
c Saint Hilier.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quómodo Matutinórum solémnitas agátur.

IN Germania, Passio venerabilium Abbatis & Monachorum Setichenbergensium ab hæreticis interemptorum. Ibidem, Sanctorum quadraginta sex aliorum Monachorum Martyrum. In Aurea-Valle Lutzemburgensi, Depositio Reverendi Dionysii Abbatis Clarævallis, cujus juventutis fervor in senectute velut Aquilæ renovatus est.

E Séptimo Kal. Novemb.* Luna. 26

a b c d e f g h i k l m n p q r
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
s t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 28 29 1 2 3 4

a Lamego.

IN Diœcesi Lusitániæ *a* Laménsi: * Anniversárium Dedicatiónis Ecclésiæ de Salséda.] Apud Africam: * Natális Sanctórum Mártyrum Rogatiáni Presbyteri & Felicíssimi: qui persécutióne Valeriáni & Galliéni illústri sunt martyrio coronáti: * de quibus étiam scribit Sanctus Cypriánus in Epístolâ ad Confessóres. Nicomédiæ: * Sanctórum Luciáni, Flori, &

sociórum Mártyrum. [In] civitáte Narbónâ: * Sancti Rústici Epíscopi & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter privátis diébus Matutíni agántur.

IN Territorio Leodiensi, B. Joannis Abbatis Alnensis; qui cum quodam Monacho suo propter justitiam occisus est. In Sabaudia, B. Bernardi Episcopi; qui vocatus ad Sedem Maurianensem, Ordinem quem professus fuerat, multis sanctitatis titulis decoravit. In Hibernia, B. Congani Abbatis Suriensis, qui à S. Malachia conversus, doctrinâ, conversatione & signis emicuit.

27 Sexto Kal. Novemb.* Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r

6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

s t u A B C D E F F G H M N P

22 23 24 25 26 27 28 29 30 29 1 2 3 4 5

VIGILIA [Sanctórum Apostolórum] Simónis & Judæ. In Hispániis civitáte Abulâ: * Pássio Sanctórum Vincéntii, Sabínæ & Christétæ; qui primò ádeò in equúleo sunt exténti ut omnes compáges membrórum eórum laxaréntur: * deíndè cápita eórum lapídibus súppósita usque ad excussiónem cérebri válidis véctibus sunt contúsa; atque ita martyrium complevérunt: * agénte Præside Deciáno. Eódem die, apud [a] Tylécastrum: * Sancti Florentii Mártyris.

℣ Et álibi, &c.

[a] Trichâteau en Bourgogne.

Lectio Reg. Quáliter in natalítiis Sanctórum agántur vigíliæ.

EBerbaci in Germania, B. Menfredi Prioris, viri pietate, prudentiâ & prophetiæ dono insignis. Vallencuriæ in Campania Galliæ, Depositio B. Emelinæ Virginis, quæ abstinentiâ & rigore vitæ incredibili in vastissimâ eremo etiam spiritu prophetiæ claruit. In Parco Dominarum Sylvanectensi, Venerabilis Catharinæ Monialis; quæ captivans intellectum in obsequium Christi, instar prudentis Virginis ad nuptias ejus admissa est.

G Quinto Kal. Novemb.* Luna. 28

a b c d e f g h i k l m n p q r
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
ſ t u A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 29 30 1 1 2 3 4 5 6

MM. maj. 1 NATALIS Beatórum Apostolórum Simónis Chananæi & Thaddæi, qui & Judas dícitur: * è quibus Thaddæus apud Mesopotámiam ꝛ Simon verò apud Ægyptum tráditur prædicásse: * inde simul Pérsidem ingréssi, cùm innúmeram gentis ipsíus multitúdinem Christo subdidíssent ꝛ martyrium consummavérunt. Romæ: * Sanctæ Cyríllæ fíliæ Décii Cæsaris ꝛ quæ sub Cláudio Príncipe jugulàta & necáta est gládio. [In] civitáte Meldis: * Sancti Pharónis Epíscopi & Confessóris. Paríſiis: * Translátio Sanctæ Genovefæ Vírginis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quibus tempóribus dicátur, *Allelúia.*

VIllarii, B. Egberti Converſi, qui patientiâ in infirmitate & Sanctorum Patrum æmulatione enituit, Eboræ in Luſitania, B. Briolayæ Virginis, quæ ſtupendo ſilentio viſiones cæleſtes commeruit.

29 Quarto Kal. Novemb.* Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
ſ t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 30 1 2 2 3 4 5 6 7

CREMONÆ in Itália: * Dedicátio Eccléſiæ Sanctæ Magdalénæ.] Ipſo die, apud Sidónem urbem: * Beáti Zenóbii Preſbyteri ; qui ſub noviſſimæ perſecutiónis acerbitáte martyrio coronátus eſt. In Lucániâ Provinciâ: * Sanctórum Mártyrum Hyacínthi, Quinti, Feliciáni & Júlii. Hieroſólymis: * Beáti Narcíſſi Epíſcopi ; quem ſanctitáte, patiéntiâ, ac fide laudábilem fuíſſe hiſtória narrat Eccleſiáſtica.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter divína ópera per diem agántur,

IN Claravalle, B. Petri Monachi, qui inter præcipuos S. P. N. Bernardi diſcipulos numeratur. Ramcyæ in Belgio, B. Idæ Virginis, quæ divina patiens & faciens, etiam prophetiæ dono illuſtris fuit.

B Tértio Kal. Novemb.* Luna. 30

a b c d e f g h i k l m n p q r s
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
t u A B C D E F G H M N P
26 27 28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

APUD Africam: * Natális Sanctórum Mártyrum número ducentórum vigínti. [In] civitáte Tingitánâ, Páſſio Sancti Marcélli Centuriónis: * qui cápitis abſciſſióne martyrium conſummávit ſub Agricoláo agénte vices Præfectórum Prætório. Caralis in Sardíniâ: * [Sancti] Saturníni Mártyris. Antióchiæ: * Sancti Serapiónis Epíſcopi, eruditióne claríſſimi. Ipſo die: * Sancti Germáni Capuáni Epíſcopi. Tolóſæ: * Tranſlátio Sancti Saturníni Epíſcopi & Mártyris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quanti Pſalmi per eáſdem horas canéndi ſunt.

VIllarii, B. Rayneri Monachi & Subdiaconi, qui infirmitatibus variis licet gravatus & tentationibus agitatus, numquam ſe à Conventu fratrum abeſſe paſſus eſt, & inter Cœlites ſæpe converſatus, exultans & laudans ad ipſos tranſiit. Apud S. Annam Abulæ in Hiſpania, Venerabilis Thereſæ Virginis & Abbatiſſæ genere & virtute nobiliſſimæ.

31 Prídie Kal. Novemb.* Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
s t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

VIGILIA ómnium Sanctórum. Romæ, Natális Beáti Neméſii Diáconi & Lucíllæ Vírginis [fíliæ ejus : *] qui, cùm à fide Chriſti flecti nequáquàm poſſent ; jubéntibus Valeriáno & Gallién̄o decollati ſunt ſub octávo Kalendárum Septémbrium die. Hîc tamen venerabílior habétur ſolémnitas ipſórum : * quando à Beáto Sixto córpora eórum viâ Appiâ honéſtiùs ſunt tumuláta. In Gálliis óppido Viromandénſi : * Sancti Quintíni ; qui ſub Maximiáno Imperatóre martyrium paſſus eſt : * cujus corpus poſt annos quinquagínta quinqué revelánte Angelo invéntum eſt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quo órdine Pſalmi dicéndi ſunt.

IN Germania, B. Apollonii Monachi, qui totos quadraginta annos cûm Chriſto in clauſtro converſatus, ſicut ſagitta è manu potentis excuſſa evolavit ad illum. In Polonia, B. Ladiſlai Converſi, qui in ſimplicitate cordis Deo ſerviens meruit ut poſt obitum ex ejus corde naſceretur arbor in cujus foliis legebatur Salutatio Angelica, quam ſolam orationem potuerat in vitâ diſcere. Bechbure, Venerabilis Virginis Juttæ, quæ miraculo converſa ad Chriſtum, ei in illo Monaſterio fideliter adhæſit.

NOVEMBBER.

D Kaléndis Novémbris.* Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
ſ t u A B C D E F G H M N P
27 28 29 30 1 2 3 4 5 5 6 7 8 9 10

Serm. maj. FESTIVITAS Beátæ Dei Genitrícis & ómnium Mártyrum: * quam Bonifácius Papa [quartus] célebrem & generálem inſtítuit agi ómnibus annis in urbe Româ ℣ Gregórius verò Póntifex [quartus] póſtmodùm decrévit eándem in honórem ómnium Sanctórum ſolémniter obſervári perpétuò ab omni Eccléſiâ. [*Ave* MARIA, *&c.* Apud Caſtrum Divionénſe: * Sancti Benígni Preſbyteri ℣ qui miſſus à Beáto Polycárpo ad prædicándum in Gálliam: * poſtquàm eſt à Terénzio Cómite [ſub Marco Aurélio] graviſſimè torménris multiplíciter afflíctus ℣ tandem collum ejus vecte férreo tundi, corpus lánceâ perforári jubétur. In Campániâ civitáte Terracinâ: * Sanctórum Cæſárii Diáconi, & Juliáni Preſbyteri ℣ qui Cæſárius témpore Cláudii, diébus multis in cuſtódiâ eſt macerátus: * póſteà cum eódem Juliáno in ſaccum miſſus ſicque in mare præcipitátus. Eódem die: * Natális Sanctæ Maríæ Vírginis ℣ quæ, cùm

essét ancílla, diris verbéribus afflícta, equúlei extensióne & ungulárum laceratióne vexáta martyrium consummávit. [In] civitáte Bájocis: * Sancti Vigóris Epíscopi [témpore Childebérti Francórum Regis.] Item Sancti Severíni Mónachi: * de Tiburtinâ civitáte. In pago a Vastinénsi: * Sancti Mathuríni Confessóris. [Pictavis: * Translátio Sancti Hilárii Confessóris ; & Dedicátio Basílicæ ipsíus.

a Larchant en Gâtinois.

℣. Et álibi, &c.

Lectio Reg. De disciplína psalléndi.

IN Sicília, B. Hermenegildi Monachi, qui apud Salsedam sanctitatis operibus effulgens lætus migravit ad Christum. Aroucæ in Lusitania, B. Spinelæ Monialis, in cujus transitu auditi sunt concentus Angelorum.

2 Quarto Nonas Novemb. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
s t u A B C D E F F G H M N P
28 29 30 1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

COMMEMORATIO ómnium Fidélium Defunctórum.]Natális Beáti Victoríni Pitabionénsis a Epíscopi: * qui [post] multa documénta, ut Sanctus Hierónymus testátur; persecutióne Diocletiáni martyrio coronátus est. Apud Laodíciam: * Sancti Theodóti Epíscopi; qui non solùm verbis, sed & rebus & virtútibus éxtitit ornatus. Eódem die: * Sancti

Offic. Sol.

a Petau, en Hongrie.

Ambrósii Abbátis Monastérii Agaunénsis, qui magnis vitæ atque sanctitátis virtútibus clarus, beáto fine in Dómino quiévit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De reveréntia Oratiónis.

IN Silesia, Passio Sanctorum Monáchorum de Grumain, qui ab Hæreticis martyrii palmam acceperunt. In Hispania, Depositio Venerabilis Bernardi, qui sic inter Calatravenses Christo militavit, ut mundo corde & corpore ad ipsum, astantibus SS. Benedicto & Bernardo, pervenerit. In Claravalle, Translatio omnium Sanctorum qui sepulti in veteri Cœmeterio, è manibus S. P. N. Bernardi in cœlum evolarunt.

F Tértio Nonas Novemb.* Luna. 3

a b c d e f g h i k l m n p q r
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
s t u A B C D E F F G H M N P
29 30 1 2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

MM. IN Claravalle:* Sancti Malachíæ Epíscopi Connerthénsis in Hibérniâ, qui suo témpore magnis virtútibus & miráculis cláruit:* ut ejus vita à Sancto Bernárdo conscripta testatur. In Agro Rothomagénsi:* Dedicátio Beátæ Maríæ de Bellobéco. Eódem die:*] Natális Sancti Quarti Apostolórum discípuli. Apud Cæsáream Cappadóciæ:* Sanctórum Mártyrum Germáni, Theóphili, Cæsárii & Vitális, qui sub persecutióne Deciánâ óptimè duxérunt martyrium. Cæsaraugústæ:* Sanctórum innumerabílium Mártyrum, qui sub Daciáno Hispaniárum

Hispaniárum Præside mirabíliter occubuérunt pro Christo. [Ipso die: *] Sancti Hubérti Tungrénsis Epíscopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Decánis Monastérii.

IN Hibernia, B. Christiani Episcopi, qui re & nomine succedens alteri Beato Christiano in regimine Abbatiæ Mellifontis, assumptus est etiam ad Cathedram Dunensem In Claravalle, B. Tezelini Monachi, qui post diuturnos & gravissimos morbos, inter beatas mentes occurrentes abiit in cœlum.

4 Prídie Nonas Novemb. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
s t u A B C D E F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

MEDIOLANI: * Sancti Cároli Borromæi Cardinális & Epíscopi ejúsdem civitatis; quem sanctitáte & miráculis clarum Paulus Papa quintus in Sanctórum número rétulit.] Apud Alexándriam: * Beáti Piérii Presbyteri; viri acris ingénii: * qui in divínis scriptúris nobíliter erudítus, vitâ purissimus & ad Christiánam philosóphiam nudus pénitùs & expéditus; Doctor Eccléſiæ incomparábilis fuit. Quiévit autem Philippi Imperatóris témpore. In pago Vilcassíno: * Sancti Clari Presbyteri & Mártyris. a Rhotenis: * Sancti Amántii Epíscopi; cujus vita sanctitáte & miráculis

12. Lect. & M.

a Rhodés.

éxtitit gloriósa. Augustodúni * Sancti *b* Próculi Epíscopi. ¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quómodo dórmiant Mónachi.

IN Scotia, B. Udardi Episcópi Brechenſis, qui antea in Monaſterio Capreſſano ſanctitate & litteris florebat. Dunis in Belgio, B. Haxetis Abbatis, quem Fratres ſui Monachi Dunenſes elegerunt cùm jam ſanctiſſimè præeſſet cœnobio Duſtano, quod juxtà Liſſeuveghe Brugenſe erexerat. Hemmenrode, B. Henrici Converſi, qui tam gratus & familiaris extitit beatis ſpiritibus, quàm formidoloſus malis.

A Nonis Novémbris. * Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
ſ t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 9 10 11 12 13 14

SANCTI Zacharíæ Prophétæ: * Patris Sancti Joánnis Baptístæ. In Terracína civitáte Campániæ: * Natális Sanctórum Mártyrum Felícis Presbyteri & Eusebii Mónachi: tempóribus Cláudii Imperatóris: * qui Eusébius, cùm sepelísset Sanctos Mártyres Juliánum & Cæsárium, & convérteret multos ad fidem, quos Felix baptizábat: tenti sunt ambo: * & ad forum júdicis ducti, nec superáti: inde cárcere reclúsi: * nocte eádem, cùm sacrificáre nollent decolláti sunt. In Território Aurelianénsi: * Sancti Læti Presbyteri.

¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De excommunicatióne culpárum.

ABulæ, Depositio Venerabilis Elizabeth, quæ in Cœnobio S. Annæ religiosissimè vixit & obiit.

6 Octávo Idus Novemb.* Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
r s t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 10 11 12 13 14 15

TONIZÆ in Africâ, Natális Sancti Felícis Mártyris: * in cujus solemnitáte quéndam psalmum Beátus Augustínus vidétur expónere ad pópulum. In Oriénte civitáte Theópoli: * Sanctórum decem Mártyrum qui sub Sarracénis passi legúntur in gestis Sanctórum quadragínta. In Phrygiâ: * Sancti Attici, & sociórum Mártyrum. In pago Lemovicénsi a Nobiliaco: * Sancti Leonárdi Confessóris.

a Saint Lienard le Noblat

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Qualis débeat esse modus excommunicatiónis.

IN Claravalle, B. Gaufridi Monachi, ad cujus adventum appáruit dextera Domini quasi secundò Valli-Sacræ benedicens. Olivæ in Hannonia, B. Beatricis quæ post lapsum resurgens sanctis operibus & miraculis claruit.

℄ Séptimo Idus Novemb.* Luna. 7

a b c d e f g h i k l m n p q r
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2
s t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16

APUD Perusínam Itáliæ urbem, Natális Sancti Herculáni Epíscopi: * cujus corpus post abscissiónem cápitis ? ita unítum atque sanum die quadragésimo, ut scribit Gregórius Papa, repértum est: * ac si nulla hoc incísio ferri tetigísset. Eódem die: * Beáti Amaránthi Mártyris ? qui apud Albigénsem urbem exácto lagónis fidélis cursu, sepúltus vivit in glóriâ. In [urbe] Alexándriâ: * Beáti Achíllæ Epíscopi ? qui eruditióne, fide, conversatióne, & móribus insígnis fuit. In Frísiâ: * Utrecht. Depositio Beáti Willibrórdi Epíscopi a Trajecténsis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De gravióribus culpis.

RAmesiæ in Belgio, Passio S. Pauli Sacerdotis & Monachi Boneffiæ; qui pro fide Catholicâ ab hæreticis cruci affixus, laqueo & sclopetis martyrium sumpsit. Bebenhusen in Germaniâ, B. Guiberti Prioris, abstinentiâ & silentio celeberrimi.

8 Sexto Idus Novemb.* Luna. D.

a b c d e f g h i k l m n p q
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2
r s t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 12 13 14 15 16 17

OCTAVA ómnium Sanctórum. Romæ, viâ Lavicánâ : * Natális [Sanctórum] quátuor coronatórum Sevéri, Severiáni, Carpóphori & Victoríni ; qui jubénte Diocletiáno íctibus plumbatárum usque ad mórtem cæsi sunt. Horum nómina, quæ, Dómino revelánte, interjéctis annis póstea osténsa sunt : * [cùm mínimè potuíssent reperíri ;] statútum est ut anniversária dies ipsórum sub nomínibus supràdictórum Mártyrum [Sanctórum quátuor coronatórum] recoléretur. Item, viâ Lavicánâ: * Pássio Sanctórum Cláudii, Nicóstrati, Symproniáni, Castórii & Simplícii ; qui primò in cárcerem trusi, deíndè scorpiónibus graví ssimè sunt cæsi : * sed cùm à fide Christi mutári non possent ; jussi sunt à Diocletiáno in médio mari præcípites dari. In Baváriâ Ratisponénsi : * Dedicátio Basílicæ de Valdsássо. 12. Lect. & M.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui sine jussióne Abbátis jungúntur excommunicátis.

IN Claravalle, B. Godefridi Abbatis; qui priùs S. P. N. Bernardi notarius, vitam ipsius quam tribus libris descripsit fideliter imitatus est. In Hispania, Venerabilis Placidi Abbatis Ferrariensis, qui adstante sibi S. P. N. Roberto exultabundus & laudans vitam finivit.

E Quinto Idus Novemb.* Luna. 9

a b c d e f g h i k l m n p q r s
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5
t u A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 12 13 13 14 15 16 17 18

Comm. & M. APUD Amaséam civitátem Marmaritanórum, Natális Sancti Theodóri Mártyris:* qui témpóribus Maximiáni & Maximíni Imperatórum pro confessióne Christiánæ fidei fórtiter cæsus & in cárcerem missus: deíndè Dómino Salvatóre sibi apparénte & monénte ut constánter & viríliter ágeret, relevátus est:* novíssimè, postquàm equúleo suspénsus & úngulis est corrósus ita ut ejus interióra nuda apparérent: ardéntibus tráditur ígnibus. Eódem die, [in] civitáte Bitúricis:* Sancti Ursíni Confessóris: qui Romæ ordinátus à succéssóribus Apostolórum, primus eidem urbi destinátur Epíscopus. [Virdúni:* Sancti Vidóni a Epíscopi & Confessóris.

a Saint Vennes.

℣. Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quáliter débeat esse sollícitus Abbas circà excommunicátos.

DUnis in Belgio, B. Alberonis Abbatis, qui splendorem sanguinis paupertate & humilitate Monastica illustravit. Villarii, B. Nicolai Conversi, qui rigore vitæ insolito per totos quinquaginta annos carnem suam crucifixit.

10 Quarto Idus Novemb. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5
s t u A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 12 13 14 14 15 16 17 18 19

IN Território Agathénsi: * Sanctórum Mártyrum Tybérii, Modésti & Floréntiæ ♀ qui témpore Diocletiáni váriis torméntis cruciáti martyrium complevérunt. Antiochiæ: * Sanctórum Demétrii Epíscopi, Aniáni Diáconi, Eustósii & aliórum vigínti [Mártyrum.

℣. Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui sæpius corrécti non emendántur.

CAroliloci in Gallia Sylvanectensi, B. Andreæ primi Abbatis, qui vitæ integritate & zelo disciplinæ, Deo & hominibus dilectus fuit. In Claravalle, B. Alquirini Monachi, qui sibi austerus & aliis compatiens, Christo vulnera sibi ostendenti tradidit spiritum.

11 Tértio Idus Novemb. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
s t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 15 16 17 18 19 20

MM. IN Gálliis Turónis civitáte, Natális Beáti
m ij. Martíni Epíscopi & Confessóris: * cujus vita tantis éxtitit miráculis glorióſa ℣ ut trium mortuórum mererétur esse fusćitátor. In urbe Co-
Comm. tyæâ Metrópoli Phrygiæ salutáris: * Páſſio Sancti Mennæ Mártyris ℣ qui in persecutióne Diocletiáni, postquàm méruit cæléſti Regi secrétâ conversatióne in Erémo militáre: * procédens ad públicum ac se Christiánum líberâ voce declárans, primò diris cruciátibus examinátur ℣ novíſſimè, fixis in oratióne génibus & Dómino JESU-CHRISTO grátias agens, gládio
a Saint Vrain. cæſus est. Lugdúni: * Sancti a Veriáni Epíscopi ℣ cujus vita fídei & virtútum méritis illústris fuit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si débeant íterùm récipi Fratres exeúntes de Monastério.

HEisterbachi, B. Henrici Abbatis, qui constans in propoſito paupertatis, ſuos omni genere virtutum vigilantiâ ſuâ ditavit. Leodii, B. Oziliæ Pœnitentis & Recluſæ, quæ peccata lachrymis ſanguineis deplorans, licet certa de remiſſione, uſque ad obitum in incredibili vitæ auſteritate permanſit.

22 Prídie Idus Novemb. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q
22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 16 17 18 19 20 21

NATALIS Beáti Martíni Papæ: * qui ob Cathólicam fidem ab Imperatóre Constántio hæréticо, de Eccléſia raptus ac perdúctus Constantinópolim: relegátus apud Chérſonam Lyciæ Provínciæ, ibídem vitam finívit: * multíſque in eódem loco virtútum ſignis uſque hódie refúlſit. [In Agro Albiénſi: * Dedicátio Eccléſiæ de Candélio.] In Território Senónico: * Sancti Patérni Mártyris. [In] civitáte Agrippinénſi: * Sancti Cunibérti *a* Epíſcopi. Apud Provínciam Tarraconénſem [in] civitáte Tyráſſonâ: * Beáti *b* Æmiliáni Preſbyteri & Confeſſóris: cujus admirábilem viram Bráulio Cæſarauguſtánus Epíſcopus símplici ſermóne deſcripſit. [In] Caſtéllo Miledúno: * Sancti *c* Leónii Confeſſóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De púeris minóri ætáte, quáliter corripiántur.

a Saint Cumbert.
b Saint Milan de la Cagole.
c Saint Lieſne, à Melun.

IN India, Paſſio B. Chriſtophori militis de Chriſto, qui pro fide Chriſtianâ ab ipſo Rege Zeilæ decollatus eſt. In Claravalle, B. Joannis Prioris, qui potens opere & ſermone, auſteritate vitæ & zelo diſciplinæ aliis præivit ad vitam.

13 Idibus Novémbris. * Luna. B

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	
f	t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P		
9	10	11	12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22		

MM. maj. FESTIVITAS ómnium Sanctórum qui sub Régulâ Sancti Benedícti militavérunt: * à Paulo Papâ quinto instituítum.] Ravénnæ: * Natális Sanctórum Mártyrum Valentíni, Solutóris & Victóris. In Provinciâ apud civitátem Aquis: * Beáti Mítrii claríssimi Mártyris. In Africâ: * Sanctórum Mártyrum Arcádii, Paschásii, Probi, & Eutychiáni; qui cùm in Arriánam perfídiam nullátenùs declináre paterétur: * primùm proscrípti, deíndè in exílium acti, atque atrocíssimis supplíciis excruciáti; postrémùm divérsis mórtibus interémpti sunt. [In] civitáte Toléto: * Sancti Eugénii Antístitis. Turónis: * Depositio Sancti Bríctii Epíscopi & Confessóris. [Ipso die, in Território Attrebaténsi apud Albiníacum: * Sancti Kiliáni Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Cellerário Monastérii, &c.

VIllarii, B. Vvalteri Abbatis, qui dono lachrymarum, & fervore charitatis illustrior fuit quàm nobilitate sui generis. Vvardoni, in Anglia Bethfordiensi, B. Ethelredi Abbatis, qui sibi ipsi, lectioni & doctrinæ attendens, seipsum & alios qui eum audierunt salvos fecit.

℄ Decimooctávo Kal. Decemb. * Luna. 14.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9

ſ t u A B C D E F F G H M N P

10 11 12 13 14 15 16 17 18 18 19 20 21 22 23

APUD Thráciam [in] civitáte Heráclea: * Natális Sanctórum Mártyrum Clementíni, Theodóti & Philoméni. Alexándriæ: * Sancti Serapiónis, quem persecutóres sub Décio Príncipe, crudelíssimis affecérunt supplíciis: * ita ut omnes ei junctúras membrórum priùs solvéntes, de superióribus [domûs suæ] eum præcipitárent, & sic Christi Martyr efficerétur.

¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ferraméntis, vel rebus Monastérii.

IN Agro Hiberniæ Rapotensi, Passio B. Eugenii Abbatis de Asseroë, qui in confessione fidei immobilis perseverans, capite ab hæreticis plexus est. Cistercii, B Lætaldi Monachi & Virginis, qui fuit unus ex illis quos S. P. N Robertus Cistercium fundaturus, primùm è Molismo Lugdunum secum abduxit. Burvenich in Belgio, B. Elizabeth Abbatissæ; quæ paupertatem Christi majores divitias æstimans quàm Comitatum Juliacensem, vitæ sanctitate meruit præesse & prodesse.

15 Decimoséptimo Kal. Decemb.* Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
s t u A B C D E F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 19 19 20 21 22 23 24

IN Austriâ: * Sancti Leopóldi ejúsdem Provínciæ Marchiónis, quem Innocéntius octávus Sanctórum número adscripsit.] Apud Nolam Campániæ urbem: * Natális Beáti Felícis 3. Lect. & M.

Epíscopi ; qui à décimo quinto ætátis suæ anno miraculórum insígnis fuit glóriâ : * & sub Marciáno Præside cum áliis trigínta martyrium complévit. Ipso die : * Sancti Eugénii ; qui apud pagum Parisiénsem [in vico *a* Diógilo ad Montem-Morenciácum] consummáto martyrii cursu : * beátæ confessiónis corónam percépit. [Item,] Natális Sancti *b* Macúti : * Epíscopi & Confessóris.

a Deüil.

b Saint Malo.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si quid débeant Mónachi próprium habére.

IN Claravalle, B. Everhardi, qui ex Magístro militum Templi factus ibidem Monachus, velut stella lucidíssima Ordinem illustravit. In Lusitania, B. Catharinæ Monialis, quæ in Monastério Castrensi meditationi Passionis Dominicæ deditíssima meruit Christo configi cruci. In Parco-Dominarum Sylvanectensi, Depositio Venerabilis Edmundæ Monialis & Subpriorissæ, quæ stabilitate in Monastério & assiduitate in Choro, acerbíssimis licet doloribus afflicta, pervenit ad vitam quam ardentíssimè concupíscebat.

E Sextodécimo Kal. Decemb.* Luna. 16

a b c d e f g h i k l m n p q
26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
r s t u A B C D E F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 20 21 22 23 24 25

MM. PONTINIACI : * Sancti Edmundi Cantuariénsis Epíscopi ; qui exémplo Sancti Thomæ decessóris sui, ibídem exul pro justítiâ : * hábitu susscépto vitam virtútibus &

miráculis admirábilem duxit. In Africâ : * Natális Sanctórum Rufíni, Marci, Valérii & Honoráti Mártyrum.] Lugdúni, Natális Sancti Euchérii Epíscopi & Confessóris : * qui ex nobilíssimo Senatórum órdine ad religiósam vitam habitúmque convérsus ? diù intrà septa spelúncæ sponte clausus Christo servívit : * deíndè apud præfátam urbem, revelánte Angelo, in Pontificáli cathédrâ solémniter collocátus est.

℣ Et álibi &c.

Lectio Reg. Si omnes æquáliter débeant necessária accípere.

IN Boriavalle Viennénsi, B. Andreæ Monachi, sanctitate vitæ & miraculorum gloriâ nobilioris quàm claro genere suo. In Hispania, Depositio Venerandi Martini Novitii, qui intùs & foris etiam à dæmone in omni patientia probatus, Beatissimæ Virginis, quam singulariter colebat, ope liberatus intrà probationis religiosæ annum dignus cœlo inventus est.

17 Quintodécimo Kal. Decemb.* Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r s
27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
t u A B C D E F F G H M N P
14 15 16 17 18 19 20 21 21 22 23 24 25 26

APUD Alexándriam : * Beáti Dionysii Epíscopi. Hic in multis sæpè confessiónibus satis clarus, & pro passiónibus, tormentorúmque diversitáte magníficus exístens : *

quiévit Valeriáni & Gallièni Imperatórum tempóribus. [In] civitáte Córdubâ, Pássio Sanctórum Mártyrum Ascíscli & & Victóriæ [germanórum : *], ubi, ob commendatiónem pretiósæ mortis eórum, eódem die rosæ ortæ divínitus colligúntur. Aureliánis : * Sancti Aniáni Epíscopi & Confessóris ; cujus mortem in conspectu Dómini pretiósam mirácula crebra testántur.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Hebdomadáriis coquínæ.

IN Gallia, B. Guarimundi, qui sanctitatis famâ conspicuus & merito virtutis factus Abbas Pontigniaci, electus est Episcopus Autissiodorensis. In Claravalle, B. Edmundi Monachi; qui dum Novitius esset mirabili visione in proposito confirmatus, cum sanctitatis laude perseveravit usque in finem.

G Quartodécimo Kal. Decemb. * Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r s
28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
t u A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 22 22 23 24 25 26 27

Anniv. sol. COMMEMORATIO paréntum nostrórum : * anno præcedénti Defunctórum.] Apud Antiochiam, Natális Beáti Románi : * qui tempóribus Diocletiáni, cùm quidam Præféctus Eccléstam irrúmpere [vellet] eámque fúnditùs conarétur evértere ; cæteros Christiános hortátus est ut ei contradícerent : *

undè unà cum puérulo nómine Báralâ, célebri martyrio coronátus est. Item in eádem urbe: * Sancti Hesychii ℣ qui, cùm esset miles & præcéptum audísset ut quisquis non sacrificáret idólis, mortis subíret sententiam, cíngulum milítiæ solvit: * ob quam causam, ligáto in déxterâ ejus saxo ingénti, in fluvium præcipitári jussus est.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De infírmis Frátribus.

IN Anglia, B. Richardi Abbatis Fontanensis, qui sacratum litterarum studio assíduo splendorem virtutum & miraculorum gloriam adjunxit. In Claravalle, B. Odonis Subprioris; quem, licet pauperem spíritu & humilem corde, in agonia mortis titubántem, non solùm S. Bernardus de salute statim obtinenda certum fecit; sed etiam defuncti pedes devotè osculatus est & corpus ut sanctum honorificè sepelivit. Eberbaci in Germania, Beati Aniani Conversi, qui in simplicitate cordis obedientiam colens, etiam à patrandis miraculis jussus abstinuit.

℣9 Tertiodécimo Kal. Decemb.* Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r s

29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

t u A B C D E F F G H M N P

16 17 18 19 20 21 22 23 23 24 25 26 27 28

MARPURGI in Germániâ: * Depositio Sanctæ Elízabeth víduæ, Andréæ Regis fíliæ ℣ quæ pietátis opéribus assíduè intenta, & miráculis clara migrávit ad Dóminum. ℟ Romæ viâ Appiâ: * Natális Sancti Máximi

§. Lect. & M.

Presbyteri & Mártyris ¶ qui persecutióne Maximiani passus: * pósitus est ad Sanctum Sixtum. Eódem die: * Beáti Crispíni Epíscopi ¶ qui in civitate *a* Astyagénsi, cápite amputáto, martyrii glóriam adéptus est. Apud Viénnam: * Sanctórum Mártyrum Severiáni, Exupérii, & Feliciani ¶ quorum córpora, post multa annórum turrícula, ipsis revelántibus, invénta: * à Pontífice urbis, Clero & pópulo honorificè sublata ac condígne honóre cóndita sunt. Item Sancti Diáconi [Alexandríni: *] qui grandævus & plenus diérum Conféssor perdúrans ¶ perfécto martyrio, cápitis obtruncatióne consummátus est. [Augustodúni: * venerátio Sancti Simplícii Epíscopi.] Turónis: * Sancti *b* Odónis Abbátis Cluniacénsis.

a Astygi, en Espagne.

b Saint Ode.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De senibus vel infántibus.

IN Claravalle, B. Guillelmi Monachi, cujus merita & virtutes præclaras, etiam B. Robertus Abbas ipsius veneratus est. In tractu Leodiensi, B. Elizabeth Virginis Montis Cornelii, quæ per multas tribulationes intravit in regnum Dei.

B Duodécimo Kal. Decemb.* Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r
30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
s t u A B C D E F F G H M N P
16 17 18 19 20 21 22 23 24 24 25 26 27 28 29

ROMÆ, Natális Beáti Pontiáni Papæ: * qui, Maximíno advérsum Ecclesiárum Sacerdótes

Sacerdótes persecutiónem commovénte, cum Hyppólito Presbytero in Sardíniam deportátus: ibíque fústibus mactátus: * martyrium consummávit. Corpus ejus à Beáto Fabiáno Papa reláturn: * atque in Cœmetério Calíxti sepúltum est. Apud Sicíliam [in] civitáte Messánâ: * Sanctórum Ampéli & Caii [Mártyrum.] Ipso die, [in] civitáte Taurínis: * Sanctórum Octávi, Solutóris, & Adventóris [Mártyrum] ex Thebeánâ legióne. Cabilóne: * Sancti Sylvestri Epíscopi & Confessóris: [qui] quadragésimo secúndo Sacerdótii sui anno plenus diérum atque virtútum migrávit ad Dóminum.

℣. Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Hebdomadário Lectóre.

IN Grandissylva, B. Bertrandi Abbatis, cujus sanctitatis fama Galliam replevit. Carolíloci, B. Joannis Prioris, qui ob disciplinæ Monasticæ zelum à Conversó occísus, reo parcens & orans, inter Domini verba efflavit animam.

21 Undécimo Kal. Decemb. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r s
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 25 26 27 28 29 30

PRÆSENTATIO Beatíssimæ Dei Genitrícis Vírginis MARIÆ. *Ave* MARIA.] In Monastério *a* Bobiénsi in Itália: * Depósitio Sancti Columbáni Abbátis: qui multórum cœ-

Serm. Comm.

a Bobio, Pays de Gennes,

nobiórum Fundátor, innumerabílium Pater éxtitit Monachórum: * multísque virtútibus clarus quiévit in senectúte bonâ. Eódem die, Natális Beáti Rufi: * de quo Apóstolus Paulus ad Romános scribit. In Provinciâ Istriæ: * Páſſio Sancti Mauri Mártyris. [In] civitáte Ostia: * Sanctórum Mártyrum Demétrii & Honórii. Apud Neocorénſem *a* civitátem: * Sanctæ Maríæ Vírginis & Mártyris ℣ quæ paſſa eſt ſub Adriáno & Antonino.

a Neuchatel, en Suiſſe.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De menſúrâ cibórum.

IN Hibernia, Paſſio S. Gelaſii Abbatis Boylenſis, qui minas & dignitates hæreticorum conſtanter deſpiciens, unâ cum Eugenio Monacho martyrii palmam accepit.

D Décimo Kal. Decemb. * Luna. 22

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 26 27 28 29 30 1

12. Lect. & M.

ROMÆ, Natális Sanctæ Cæcíliæ Vírginis: * quæ ſponſum ſuum Valeriánum & fratrem ejus Tibúrtium ad credéndum Chriſto ac martyrium perdócuit ℣ & ipſa deíndè martyrizáta eſt: * ignem quidem ſúperans, ſed ferro occíſa. Paſſa eſt autem Marci-Aurélii & Cómmodi Imperatórum tempóribus: *

[Almáchio júdice.] Item, Romæ: * Sancti Mauri Mártyris ¶ qui ſub Celeríno Præféćto & [Numeriáno Imperatóre] agonizávit. Auguſtodúni: * Sancti Pragmátii Epíſcopi.

¶ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De menſúrâ potûs.

IN Anglia, Sancti Richardi Abbatis Glaſtemburienſis, qui cum Monachis ſuis Joanne & Rogerio, ab hæreticis pro fide paſſus eſt. In Agro Galliæ Lemovicenſi, B. Gregorii Abbatis, humilitate inſignis. In Luſitania, Depoſitio Alfonſi Regis primi, & Inſtitutoris Militiæ de Alâ.

23 Nono Kal. Decemb.* Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 27 28 29 30 1 2

NATALIS Sancti Cleméntis Epíſcopi: * qui quartus à Beáto Petro Apóſtolo Románæ Eccléſiæ Pontificátum ténuit ¶ & ſub perſecutióne Trajáni in mare præcipitátus: * martyrio coronátur. Eódem die: * Sanctæ Felicitátis, matris ſeptem filiórum Mártyrum ¶ quæ jubénte Antoníno Imperatóre, decolláta eſt pro Chriſto. *a* In pago *b* Haſbániæ: * Sancti *c* Trudónis Preſbyteri & Confeſſóris. Parſiis: * Depoſitio Beáti Severíni, Mónachi & Solitárii. In civitáte *d* Emeritâ: * Sanctæ Lucrétiæ Vírginis. ¶ Et álibi, &c.

12. *Lect. & M. Comm.*

a *Hic Uſuard. de S. Columbano.*

b Haſpengaur, en Brabant.

c Saint Tron.

d Meride en Portugal.

Lectio-Reg. Quibus horis opórteat reficere Fratres.

PONtiniaci, Depositio B. Guillelmi Episcopi; qui relictâ Sede Parisiensi, quam, post Autisiodorensem, jussu Honorii tertii sanctissimè administrabat, Monachus factus est ut contemplationi liberiùs vacaret. Hemmenrode, B. Gosberti Conversi; qui post mortem, ad triduum redivivus, astantes de felicitate suâ certos fecit.

F Octávo Kal. Decemb * Luna. 24

a b c d e f g h i k l m n p q r s
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 28 29 30 1 2 3

Comm. ROMÆ, Natális, Beáti Chrysógoni Martyris: * qui post multa víncula & cárceres pro constantíssimâ Christi confessióne toleráto; jubénte Diocletiáno, cápite cæsus & in mare projéctus martyrium consummávit. [In pago Nanneténsi: * Dedicátio Beátæ Maríæ de Villâ Novâ.] Item, Romæ: * Sancti Crescentiáni Mártyris; qui in passióne Beáti Marcélli Papæ légitur. Apud Perúsiam Túsciæ civitátem: * Sancti Felicíssimi [Mártyris. In] civitáte Córdubâ: * Sanctárum Vírginum Floræ & Maríæ; quæ post diutúrnos cárceres, pro Christo gládio interémptæ sunt. In Abrútio: * Sancti Flaviáni Epíscopi & Confessóris.

a Blaye. [In] Castro *a* Bláviâ: * Sancti Románi Presbyteri & Confessóris; cujus sanctitátis præcó-

nium miraculórum glória declárat. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut post Completórium nemo loquátur.

IN Brabantia, B. Nicolai Monachi, misericordiâ in pauperes insignis. Eboræ in Lusitania, B. Antoniæ, quæ charitate fervens in Deum & proximum, Virginem Deiparam singulari pietate coluit. Pontiniaci, Translatio S. Edmundi è Solciaco, juxta prophetiam ipsius.

25 Séptimo Kal. Decemb. * Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
f t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 29 30 1 2 3 4

IN Monte Sínaï: * Sanctæ Catharínæ Vírginis & Mártyris. Eódem die: * Natális Beati Petri Epíscopi Alexándriæ ℣ qui, cùm esset ómnibus adornátus virtútibus, in scriptúris quoque divínis nulli priórum inférior: * & Sacérdos & hóstia Dei súbitò rápitur ℣ atque, ex Maximiáni Galérii præcépto cápite obtruncátur: * cum quo símul & plures ex Ægypto Epíscopi trucidántur ℣ ferè cum Cléricis & Laïcis sexcéntis sexagínta. Antióchiæ: * Sancti Heráśmi Mártyris. MM.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui ad opus Dei, vel ad mensam tardè occúrrunt.

AVenione, Depositio B. Guillelmi Episcopi Arelatensis & Cardinalis, qui ad insulas & ad purpuram se invito promotus, humilitati Monasticæ quam Bolbonæ professus erat, charitatis & alia opera sanctitatis adjunxit. Heisterbachi, B. Conradi Monachi, qui ab adolescentia jugum Domini fideliter portans usque ad centesimum vitæ annum fervens in claustro perseveravit.

A Sexto Kal. Decemb.* Luna. 26

a b c d e f g h i k l m n p q r
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
ſ t u A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 26 27 28 29 1 30 1 2 3 4 5

NATALIS Beáti Lini Papæ:* qui post Beátum Petrum Apóstolum Románam Eccléſiam ténuit annis duódecim? & martyrio coronátus ſepúltus eſt in Vaticáno. Apud Alexándriam:* Sanctórum Mártyrum Fausti Presbyteri, Dii & Ammónii? qui cum Beáto Petro ejúſdem urbis Epíſcopo, jubénte Maximiáno [Galério] trucidáti ſunt. Augustodúni:* Sancti Amatóris Epíſcopi. In Monaſtério a Vendóperâ:* Sancti Leonárdi Confeſſóris.

a Vendœuvre en Châpagne.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui excommunicántur, quómodo ſatisfáciant.

IN Hiſpania, Paſſio innumerabilium propè militum de Calatrava, Alcantara, Aviſio, Chriſto & Monteſa; qui pro fide & patria à Sarracenis occiſi ſunt. In Agro Leodienſi, B. Vvalteri Prioris Alnenſis qui illuc è Claravalle à S. P. N. Bernardo miſſus, & ad Chriſtum ardenter ſuſpirans, quod flagranti deſiderio jugiter concupiſcebat adeptus eſt.

27 Quinto Kal. Decemb.* Luna. B.

a b c d e f g h i k l m n p q r
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
ſ t u A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 29 1 2 1 2 3 4 5 6

APUD Bononiénſem civitátem, Natális Sanctórum Agrícolæ & Vitális: * quorum poſtérior prióris ſervus fuit ánteà: nunc conſors & colléga martyrii: * dénique, cùm cogerétur idem à perſequéntibus ut Chriſtum negáret, & ille ámpliùs profiterétur Dóminum Jeſum Chriſtum: ómnium tormentórum géneра exercuérunt in eum: * noviſſimè Beátum Agrícolam interremérunt cruci affigéntes. In Gálliis civitáte *a* Rhegiénſi: * Sancti Máximi Confeſſóris: qui à primævâ ætáte virtútum ómnium grátiâ præditus: * primùm Lirinénſis Pater: deíndè Rhegiénſis Eccléſiæ Epíſcopus ſignis & prodígiis ínclytus éxtitit. *a* Rhés.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui fallúntur in Oratório.

VIllarii, B. Faſtredi Abbatis; qui è Claravalle à S. Bernardo illuc cum primo Abbate Laurentio miſſus, poſteà cum ſanctitatis laude huic cedenti ſucceſſit. In Claravalle, B. Guillelmi Monachi, qui cùm jam ſanctiſſimè præeſſet Monachis nigris S. Albani, ut ſanctior efficeretur S. Bernardi magiſterio ſe ſubdidit. In Monte S. Salvatoris B. Gertrudis Virginis & Novitiæ, quæ ipſo ætatis ſuæ anno nono, in probatione decedens ſeniorum meruit præmium.

C Quarto Kal. Decemb. * Luna. 28

a b c d e f g h i k l m n p q r
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
s t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 1 2 3 2 3 4 5 6 7

APUD Bellumgrádum: * Dedicátio Basílicæ ejúſdem Monaſtérii. } Apud Corínthum, Natális Beáti Soſthénis diſcípuli Sancti Pauli: * cujus mentiónem facit idem Apóſtolus ſcribens Corínthiis. Eódem die, apud Africam: * Sanctórum Mártyrum Papínii & Manſuéti Epiſcopórum; qui, témpore Wandálicæ perſecutiónis, pro fídei cathólicæ defenſióne candéntibus ferri láminis toto córpore adúſti: * glorióſum agónem conſummavérunt. Romæ: * Sancti Rufi; quem, cum omni domo ſuâ, Diocletiánus punítum Chriſti mártyrem fecit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De iis qui in áliis quibúſlibet rebus delínquunt.

CIſtercii, B. Guillelmi Abbatis; qui virtutibus clarus & è Sede Savigniaci ad ſupremam Ordinis Cathedram evectus, etiam Ordini Grandimontenſi & pluribus aliis Eccleſiis profuit. In Belgio, B. Gunfridi, Clarimariſci Abbatis primi, qui è Claravalle à S. Bernardo directus ipſum Monaſterium & totam regionem illuſtravit. Luxæ in Saxonia, Sanctorum decem Monachorum & quinque Converſorum, quorum gloria crucifixionis & vitæ cum Chriſto B. Rodulpho oſtenſa eſt.

29 Tértio Kal. Decemb.* Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
t u A B C D E F ℣ G H M N P
26 27 28 29 1 2 3 4 3 4 5 6 7 8

VIGILIA Sancti Andreæ Apóſtoli. Romæ, viâ Saláriâ: * Natális Sancti Saturníni Mártyris [cognoménto ſenis?] & Sisínnii Diáconi ſub Maximiáno Príncipe: * quos in cárcere macerátos juſſit Præféctus urbis in equúleo levári, áttrahi nervis, & fúſtibus ac ſcorpiónibus cædi? deíndè flammas ad látera appóni: * & depóſitos de equúleo cápite truncári. Apud Tolóſam: * Beáti Saturníni Epíſcopi? qui in Capitólio ejuſdem urbis à pagánis tentus atque è ſummâ Capitólii arce per omnes gradus præcipitatus: * cápite collíſo, excuſſóque cérebro & omni córpore dilaniáto, dignam Chriſto ánimam exhalávit. *Comm.*

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ſignificándâ horâ Operis Dei.

APud Biturícenſes, B. Roberti Abbatis Domûs Dei, qui à S. Bernardo avunculo ſuo, Epiſtolâ miraculosâ è Cluniaco Claramvallem revocatus, ſeptuaginta ſeptem annos quos in Ordine tranſegit, cum ſanctitatis laude complevit. Villarii, B. Guillelmi Abbatis ſeptimi, fervore charitatis in Deum & miſericordiâ in pauperes inſignis.

E Prídie Kal. Decemb.* Luna. 30

a b c d e f g h i k l m n p q r
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
f t u A B C D E F G H M N P
26 27 28 29 1 2 3 4 5 4 5 6 7 8 9

MM. maj. IN civitáte Patras, Provínciæ Achávæ: * Natális Sancti Andréæ Apóstoli; qui étiam apud Scythiam prædicávit. Hic Beatíssimus ab Ægeâ Procónsule comprehénsus; primò in cárcerem clausus, ac deíndè graviſſimè cæsus: * ad últimum verò in cruce appénsus, bíduò ínibi supervíxit. Apud Sántonas: * Sancti Trophiáni Epíscopi magnæ sanctitátis viri; qui sepúltus [in] terris, cœlo se vívere multis virtútibus manifestat. [Eódem die: * Páſſio Sanctæ Justínæ Vírginis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ópere mánuum quotidiáno.

CIstercii, B. Rufini Abbatis vigesimi octavi, qui è Sede Firmitatis assumptus majori sanctitatis lumine in toto Ordine fulsit. Bergomis, S. Alberti Abbatis, qui conversationis fragrantiâ redolens migravit ad Christum cujus bonus odor erat. In Claravalle, B. Bernardi, mitæ humilitatis & mansuetudinis Conversi.

DECEMBER.

1 Kaléndis Decémbris.* Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
ſ t u A B C D E F F G H M N P
27 28 29 1 2 3 4 5 6 5 6 7 8 9 10

IN civitáte Noviomo : * Sancti Elígii Epíſcopi & Confeſſóris ℣ cujus vitam admirándam múltiplex ſignórum número commendat. Romæ, Natális Sanctórum Mártyrum Chryſánthi, & Daríæ Vírginis : * qui, poſt multas quas pro Chriſto lucráti fúerant paſſiónes ℣ juſſi ſunt à Numeriáno Imperatóre viâ Saláriâ in Arenário depóni : * atque illic vivéntes terrâ & lapídibus óbrui. Item, Romæ : * Sanctórum Mártyrum Diódori Preſbyteri & Mariáni Diáconi cum áliis plúribus ℣ qui, jubénte præfáto Príncipe, martyrii glóriam celebrárunt. Apud civitátem Mogúntiam : * Natális Sancti Albáni Mártyris. [In] civitáte Nárniâ : * Sancti Próculi Preſbyteri & Mártyris. Ipſo die : * Sanctæ Natáliæ uxóris Sancti Adriáni Mártyris. [Item] Tranſlátio Sancti Mauri Mártyris. ℣. Lect. & M.

℣ Et álibi, &c.

Léctio Reg. A Kaléndis autem Octobris uſque ad caput Quadragéſimæ, &c.

ROmæ apud S. Anaſtaſium, B. Hugonis Cardinalis & Epiſcopi Oſtienſis, cujus laudes cùm S. Bernardus ejus quondam magiſter in pluribus locis proſequatur, de eo ſpecialiter epiſt. ad Ildefonſum Comitem teſtatur *quod magna fecerit in Iſraël.* Fiteri in Navarra, Depoſitio Venerabilis Marci Abbatis, & Obſervantiæ Hiſpanicæ Reformatoris generalis, cujus corpus etiam poſt multos annos inter calcis vivæ cumulos incorruptum permanſit.

G Quarto Nonas Decemb. * Luna. 2.

a b c d e f g h i k l m n p q r
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
ſ t u A B C D E F F G H M N P
28 29 1 2 3 4 5 6 7 6 7 8 9 10 11

NATALIS Sanctórum Sevéri & Secúri fratrum: * qui apud Africam martyrio coronáti ſunt. Romæ, Páſſio Sanctæ Viviánæ Mártyris: * quæ, jubénte Juliáno Imperatóre ſacrílego, támdiù plumbátis cæſa eſt donec ſpíritum rédderet.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Rog. In Quadragéſimæ verò diébus, à manè uſque ad tértiam plenam, &c.

IN Hiſpania, B. Roberti Metaplanæ primi Abbatis, cujus venerandis Reliquiis majus Altare ipſius Eccleſiæ conſecratum eſt. Hemmenrode, B. Anſelmi Preſbyteri & Monachi, cujus ſanctitatem poſt obitum, etiam ſacra Virgo Deipara revelavit S. Henrico ejuſdem Cœnobii Converſo. In Italia, B. Mechthildis Virginis, quæ carnem aſperrimè caſtigans, crucis mortificationem jugiter in ſuo corpore portavit.

3 Tértio Nonas Decemb. * Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
ſ t u A B C D E F F G H M N P
29 1 2 3 4 5 6 7 8 7 8 9 10 11 12

SENIS in Túſciâ : * Sancti Galgáni Eremítæ ; qui miráculo convérſus, étiam ſponſam ad virginitátem ſervándam indúxit. In Lusitániâ Bracarénſi : * Dedicátio Beátæ Maríæ de Bónrio.] Romæ : * Sanctórum Mártyrum Cláudii Tribúni, uxóris ejus Hiláriæ, & filiórum Jaſónis & Mauri, cum ſeptuagínta milítibus ; ex quibus Cláudium juſſit Numeriánus Imperátor, cum ingénti ſaxo [alligátum] in médio mari præcípitem dari : * mílites verò [&] fílios ipsíus Cláudii capitáli ſenténtiâ puníri. Beáta autem Hilária, cùm filiórum córpora ſepelíſſet ; ad eórum ſepúlchrum orans paulò pòſt à pagánis tenta : * migrávit ad Dóminum. Tingi Metrópoli [Mauritániæ Tingitánæ] Páſſio Sancti Caſſiáni : * qui exceptóris diù gerens officium ; tandèm cælitùs inſpirátus execrábile duxit Chriſtianórum neci deſervíre cruéntus : * undè renúntians eídem offício ; Chriſtiánâ confeſſióne triúmphum méruit obtinére martyrii. 3. Leſt. & M.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De quadragéſimæ obſervatióne.

VIllarii, B. Alberti Abbatis de Oliva Prussiæ, qui meritorum gloriâ coruscans, & ad Capitulum generale pergens, in eo Monasterio, ut optaverat, sanctè decessit.

B Prídie Nonas Decemb. * Luna. 4

a b c d e f g h i k l m n p q r
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
ſ t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 9 8 9 10 11 12 13

Comm. a Sic Usuard. 17. Kal. Januar.

NICOMEDIÆ: * Pássio *a* Sanctæ Bárbaræ Virginis & Mártyris sub Maximiáno Imperatóre ; quæ, post diram cárceris maceratiónem, lampadárum adustiónem, mammillárum præcisiónem atque aliórum tormentórum cruciatiónem: * ad extrémum gládio data martyrium consummávit. Apud Pontum: * Beáti Melétii Epíscopi & Confessóris ; qui, cùm esset eruditiónum prærogativâ magníficus: * virtus tamen ánimi & vitæ sincéritas longè in eo magnificéntior éxtitit. Item Alexándriæ: * Sancti Cleméntis Presbyteri ; qui in divinárum eruditiónum scholis quàm máximè efflóruit.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Frátribus qui longè ab Oratório labórant, aut in via sunt.

IN Polonia Lubavienſi, B. Christiani Monachi & Episcopi, qui jussus à Summo Pontifice verbum Evangelii apud feras gentes in sudore vultûs disseminavit. In Belgio, B. Joannæ Conversæ, quæ licet genere nobilis, studuit vilibus quibusque obsequiis, etiam jumentorum Belli-Prati occupari.

5 Nonis Decémbris. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
s t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 10 9 10 11 12 13 14

IN Africa apud colóniam Thebestínam: * Natális Sanctæ Crispínæ Mártyris? quæ temporibus Diocletiáni & Maximiáni, cùm sacrificáre noluísset: * jussu Anolíni Procónsulis decollàta est. Eódem die in Itáliâ: * Sancti Dalmátii Mártyris. Item in Africâ, civitáte Thagúræ: * Sanctórum Júlii, Potámiæ & sociórum Mártyrum. In civitáte Tréviris: * Sancti Nicétii Epíscopi, totíus sanctitátis viri.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Frátribus qui non satis longè proficiscúntur.

CAroliloci, B. Godefridi Episcopi Sylvanectensis, qui abdicatâ dignitate ut contemplationi vacaret, priora sanctimtis opera, susceptoMonachali habitu, consummavit. Hovenes in Belgio, B. Elizabeth Virginis, quæ de hoste communi etiam visibiliter gloriosè triumphavit. Marcheti, Depositio Joannæ Comitissæ Flandriæ, quæ Provinciâ rectè administratâ & urbe Insulæ extructâ, in eo Monasterio quod etiam constituxerat, sub habitu Familiarium sanctè vitam finivit.

D Octávo Idus Decemb. * Luna. 6

a b c d e f g h i k l m n p q r
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2
ſ t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 11 10 11 12 13 14 15

MM. NATALIS Beáti Nicolái Epíſcopi Myræórum Lyciæ : * de quo inter plura miraculórum insígnia illud memorábile fertur ? quod Imperatórem Conſtantínum ab intéritu quorúmdam [ſe invocántium] longè conſtitútus : * ad miſericórdiam & mónitis per viſum deflexit & minis. In Africâ : * Sanctórum Dionyſiæ, Datívæ, Leóntiæ ? & religióſi viri nómine Tértii, Æmiliáni, ac Bonifácii [médici] cum áliis tribus : * qui omnes pro confeſſióne fídei cathólicæ graviſſimis & innúmeris ſupplíciis excruciáti, Confeſſórum Chriſti número ſociári meruérunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Oratório Monaſtérii.

VAlcellis in Belgio Cameracenſi ; B. Nicolai Abbatis, cujus corpus cum Prædeceſſorum venerandis reliquiis juſſu Concilii Lateranenſis tertii elevatum condigno honore colitur. Alnæ in tractu Leodienſi, B. Godefridi Prioris, qui miſſus è Claravalle à S. Bernardo, Pſalterium ex integro, per ſingulos dies felicem obitum ſuum præcedentes, decantabat.

Séptimo

7 Séptimo Idus Decemb. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2
r ſ t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

APUD Alexándriam: * Natâlis Beâti Agathónis Mártyris ſub Décio Imperatóre ? qui, cùm eſſet militáris & prohibéret quoſdam voléntes illúdere mórtuis cadavéribus Mártyrum ? clamor repéntè totíus vulgi advérsùs eum extóllitur: * oblátus autem júdici, cùm in confeſſióne persíſteret ? cápite pro pietáte damnátus eſt. [In] civitáte Santonas: * Sancti Martíni Abbátis ? ad cujus túmulum crebérrimè divínitùs fiunt mirácula. [Apud Bájocas] in Monaſtério Liberíaco: * Depositio Beáti *a* Gerebáldi præfátæ urbis Epíſcopi & Confeſſóris. In pago Meldénſi: * Sanctæ Faræ Vírginis. Ipſo die: * Ordinátio Beáti Ambrófii Epíſcopi Mediolanénſis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De hoſpítibus ſuſcipiéndis.

a Saint Gerbaud.

IN Claravalle, B. Gerardi Abbatis & Martyris, qui pro juſtitia à ſcelerato Igniaci crudeliter occiſus eſt. Ibidem, B. Gerardi Monachi, dono lachrimarum & victoria contra dæmones inſignis.

F Sexto Idus Decemb. * Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4
ſ t u A B C D E F F G H M N P
5 6 7 8 9 10 11 12 13 12 13 14 15 16 17

Sirm. inkj. CONCEPTIO glorióſæ ſemper Vírginis, Genítricis Dei MARIÆ. *Ave* MARIA, *&c.*] Romæ, Natális Beáti Eutychiáni Papæ: * qui rexit Eccléſiam anno uno ? & ſub Aureliáno Imperatóre martyrio coronátus, ſepúltus eſt in Cœmetério Calíxti: * qui & ipſe per divérſa loca trecéntos quadragínta duos Mártyres manu ſuâ ſepelívit. Ipſo die apud Alexándriam: * Sancti Macárii Mártyris ? qui témpore Décii [cùm] à júdice multis verbis ad negándum ſuaderétur & eo majóri conſtántiâ fidem ſuam profiterétur: * vivus ad últimum jubétur exúri.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Quod non débeat Mónachus literas, vel Eulógia accípere ſine juſſu Abbátis.

IN Luſitania, Paſſio S. Joannæ Abbatiſſæ de Caſtris, quæ pro tuenda fide caſtitatis à ſceleratis militibus quos redarguebat, occiſa eſt. In Aureâ-Valle, B. Conſtantini Abbatis, qui miſſus à S. Bernardo Patre ſuo, & primus omnium Præfectus naſcenti Cœnobio, non degenerem filium ſe probavit.

9 Quinto Idus Decemb.* Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r s
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 13 14 15. 16 17 18

NATALIS Sanctæ Leocádiæ Vírginis: * quæ à Præféćto Hiſpaniárum Daciáno apud Tolétum dirâ cárceris cuſtódiâ macerátâ ? cùm graviſſimos Beâtæ Eulâliæ & reliquórum Mártyrum audíſſet cruciátus: * génibus in oratióne póſitis impollútum Chriſto ſpíritum réddidit. [In Africâ: * Sanctórum Mártyrum Petri, Succéſſi, Baſſiáni, Porphyrii, Urbáni, Primitívi & & aliórum vigínti.] Ipſo die: * Sancti a Cypriáni Abbátis Petragórici ? magníficæ ſanctitátis & claríſſimi in miráculis viri. ℣ Et álibi, &c.

a Saint Subran.

Lectio Reg. De veſtiméntis, & calceaméntis Fratrum.

IN Claravalle, B. Bartholomæi Monachi, qui incredibili vitæ rigore S. Bernardi Abbatis ſui verè ſe germanum eſſe probavit. In Valle-Bonâ Hiſpanâ, Depoſitio Venerabilis Laurentii Abbatis, qui animam agens flexis genibus & oculis ac manibus in cœlum erectis, aſſerüit ſe jam videre gloriam Dei.

A Quarto Idus Decemb. * Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
ſ t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 15 14 15 16 17 18 19

APUD civitátem Spoletánam: * Sanctórum Mártyrum Carpóphori Presbyteri, & Abúndii Diáconi ℣ qui persecutióne Diocletiáni, primò fústibus crudelíssimè cæsi: * deíndè in cárcerem negáto cibo & potu retrúsi ℣ rursùm equúleo torti & post hæc diù cárcere maceráti: * novíssimè gládio percússi sunt. In Hispániâ civitáte Emeritâ: * Pássio Sanctæ Euláliæ Vírginis ℣ quæ, cùm esset annórum trédecim, pro confessióne Christi jussu Daciáni Præsidis plúrima torménta perpéssa est: * novíssimè in equúleo suspénsa & exunguláta ℣ fáculis ardéntibus ex utróque látere appósitis, hausto igne spíritum réddidit. Eódem die apud præfátam urbem: * Sanctæ Júliæ Mártyris quæ fuit convirginális Beátæ Euláliæ ℣ & comes indivídua ad passiónem properánti.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De mensa Abbátis.

CRacoviæ in Polonia, Passio S. Sbignæi Abbatis Claræ-Provinciæ & Monachorum ejus, qui pari fide & constantia pro religione catholica crudeliter trucidati sunt. In Britannia minori, B. Heberti Episcopi, qui ex Abbate Clarimontis Cœnomanensis

ad Sedem Rhedonenſium raptus, etiam miraculis poſt obitum claruit. Carraceti in Hiſpania, B. Florentii Abbatis, qui primus omnium Abbatum nigrorum illius regionis, Monaſterium ſuum aggregavit Ciſtercii reformationi, in quâ pietatis & prudentiæ laude excelluit. Aquitiæ in Brabantia, B. Jolentis pœnitentis, quæ ex Monialibus nigris Monaſterienſibus ad Ciſtercienſes tranſiit, & horâ quam prædixerat decedens, revelavit Beatæ Lutgardi, ſe in ſanguine Agni omninò fuiſſe dealbatam.

11 Tértio Idus Decemb.* Luna. B

a b c d e f g h i k l m n p q r.
21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7.
ſ t u A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 14 15 16 15 16 17 18 19 20

ROMÆ: * Natális Beáti Dámaſi Papæ [& Confeſſóris. Item Romæ: *] Páſſio Sancti Traſónis Mártyris ℣ qui cùm eſſet Chriſtiánus, jubénte Maximiáno tentus eſt: * ac cum áliis duóbus, Pontiáno & Pretextáto, martyrio coronátus. [In] civitáte Ambiánis: * Sanctórum Mártyrum Victórici, & Fuſciáni. Horum náribus & auribus juſſit Judex [Rictióvarus] taríncas immítti & clavis candéntibus cápita transfígi ℣ deíndè óculos evélli ac poſtrémò eórum córpora jaculári: * ſicque unà cum Sancto Gentiáno hóſpite ſuo ℣ capítibus amputátis migravérunt ad Dóminum. In Hiſpániis: * Sancti a Eutychii [Mártyris ℣] cujus geſta habéntur. Comm.

a Saint Oye.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Artifícibus Monaſtérii.

HEmmenrode, B. Davidis, insignis sanctitatis Monachi. Rameyæ in Brabantia, S. Idæ Monialis, cujus animæ splendor non solum miraculis & prophetico spiritu apparuit, sed etiam in corpus, quod sæpe instar solis refulgere visum est, redundavit.

C Prídie Idus Decemb.* Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q r s
22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9
t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 16 17 18 19 20 21

IN [urbe] Alexándriâ: * Sanctórum Mártyrum Epímachi & Alexándri; qui, cùm essent multo témpore in vínculis, & divérsis supplíciis confécti perdurássent in fide: * ignibus ad postrémum consúmi jubéntur. Item, Alexándriæ: * Sanctárum mulíerum Ammonáriæ, Mercúriæ, Dionysiæ, & iterùm Ammonáriæ; quæ inaudítis tormentórum genéribus tolerátis ac superátis: * finem ómnium, ferro cædénte, suscípiunt. Item, Sanctórum Mártyrum Hermogénis, Donáti, & aliórum vigínti duórum. Apud Narbónam, Natális Sancti Pauli Epíscopi & Confessóris: * quem Beátus Paulus Apóstolus ordinátum, eídem urbi destinávit Antístitem; quique cum eódem Apóstolo ad Hispánias prædicándi grátiâ pergens ibídem relíctus est: * ubi prædicatiónis officio non ségniter impléto; clarus miráculis coronátus quiévit. In pago Vimacénsi: *

Sancti Walérici, Presbyteri & Confessóris.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De disciplínâ suscipiendórum Fratrum.

IN Hibernia, Passio B. Bernardi Monachi Samariæ Rapotensis, qui pro defensione fidei catholicæ capite ab hæreticis plexus est. Villarii, B. Franconis, qui & in Syria Eques contra Sarracenos, & in Claustro Monachus contra dæmones æquali constantiâ dimicans, victoriæ suæ canticum moriens composuit & cecinit.

13 Idibus Decémbris. * Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r
23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9
s t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 18 17 18 19 20 21 22

APUD Syracúsam, Sicíliæ civitátem: * Natális Sanctæ Lúciæ Vírginis & Mártyris sub persecutióne Diocletiáni: quàm, cùm lenónes corrúmpere, jubénte Paschásio Consulári, vellent, nullátenùs eam movére potuérunt, nec fúnibus ádditis, [nec] boum páribus plúrimis: * deíndè picem, resínam, fervens óleum illæsa superávit: sed tandem, gládio in víscera [& gúttur] merso percússa est: * [nec tamen mórtua, donec veniéntibus Sacerdótibus communiónem Domínici córporis & sánguinis accéperit.] Ipso die: * Sancti Authbérti Cameracénsis Epíscopi. 12. Lect. & M.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De filis nobilium vel páuperum qui offerúntur.

NEti in Sicilia, B. Nicolai Monachi, qui vitæ innocentiâ conspicuus totam regionem illustrávit. Item, B. Menciæ Priorissæ Castrensis, quæ miro pietatis ardore succensa, ad Dominum quem ardenter exoptabat horâ sibi revelatâ, pervenit.

E Decimonóno Kal. Januar.* Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q r
24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
s t u A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 19 18 19 20 21 22 32

APUD Cyprum, Natális Beáti Spiridiónis Epíscopi:* qui unus fuit ex illis Confessóribus quos Maximiánus, dextris óculis effósis & sinístro póplite succíso ꝛ ad metálla damnáverat. Hic [cùm prophéticam dúceret vitam ꝛ] prophétiæ dono & signórum glóriâ illústris fuit. Alexándriæ:* Sanctórum Mártyrum Herónis, Arsenii, Isidóri & Dióscori púeri ꝛ [quorum tres primos] judex sub persecutióne Deciánâ váriis torméntis dilánians, cùm pari constántiâ vidéret animátos, tradi ignibus jubet:* Dióscorus verò multiplíciter flagellátus ꝛ divíno nutu ad consolatiónem fidélium est dimíssus. In [urbe] Antiochiâ:* Natális Sanctórum Mártyrum Drusi, Zósimi & Theodóri. Rhemis:* Pássio Sanctórum Nicásii Epíscopi ꝛ & Eutrópiæ Vírginis sorórisejus. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Sacerdótibus, qui volûerint in Monastério habitáre.

IN Germania, Passio Sanctorum sexaginta quatuor Monachorum, quos in odium fidei hæretici interfecérunt. Alnæ in tractu Leodiensi, Depositio Venerabilis Gerardi Monachi, qui initio conversionis variis tentationibus exagitatus, mira pietatis exempla postea omnibus dedit. In Hispania, B. Joannis Conversi, qui austeritate vitæ & miraculis clarus, sortitus est cognomen *de pane & aquâ*: quibus solis in Monasterio Sacrorum mœnium victitavit.

15 Decimooctávo Kal. Januar.* Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r
25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
ſ t u A B C D E F F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 18 19 20 21 22 23 24

OCTAVA Conceptiónis Beátæ MARIÆ Vírginis.] Apud Africam: * Beáti Valeriáni Epíscopi & Confessóris ℣ qui, cùm esset annórum plusquàm octogínta, extrà civitátem solus expélli jussus est: * & ita præcéptum ut nullus eum neque in domo, neque in agro dimítteret eum habitáre ℣ sicque in stratâ públicâ multo témpore nudus sub áëre jacens: * in confessióne cathólicæ veritátis & defensióne sanctimónii, cursum beátæ vitæ complévit. In Território Aurelianénsium: * Sancti Maximiáni Abbátis. 12. Lect. & M.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Mónachis peregrínis quáliter suscipiántur.

IN Claravalle, B Bonaventuræ Episcopi, qui ex Ordine assumptus ad regimen Ecclesiæ Eucensis, exul pro fide & libertate Ecclesiasticâ; post varios labores ibidem requievit In Agro Moguntino, B. Philippi Ottiburgi Abbatis, qui zelo pietatis flagrans admirandis exemplis suos informavit.

G Decimoséptimo Kal Januar.* Luna. 16.

a b c d e f g h i k l m n p q
26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
r s t u A B C D E F G H M N P
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 20 21 22 23 24 25.

TRIUM puerórum, Anániæ, Azáriæ & Misaélis: * quorum córpora apud Babylóniam sub quodam specu sunt pósita. Ravénnæ: * Sanctórum Valentíni, Návalis & Agrícolæ [Mártyrum;] qui in persecutióne Maximiáni pro Christo passi sunt.

℣ Et álibi &c.

Lectio Reg. De Sacerdotibus Monastérii.

IN Tuscia, B. Barbaræ Virginis, quæ ob fidem Catholicam transfixa sagittis, martyr pro Christo sponso suo constanter occubuit. Caroliloci in Gallia, B. Adæ Abbatis ejusdem loci, & deindè Sylvanectensis Episcopi, doctrinâ & sanctitate celebris. Altæcumbæ in Sabaudia, Depositio, B. Humberti Monachi, qui relicto Sabaudiæ & Maurianæ Comitatu, in eo Monasterio quod construxerat, humiliter & rigidissimè usque ad mortem conversatus est.

A Sextodécimo Kal. Januar.* Luna. 17

a b c d e f g h i k l m n p q r s
27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
t u A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 21 20 22 23 24 25 26

IN Oriénte apud Eleutherópolim civitátem: * Sanctórum Mártyrum quinquagínta, qui sub Sarracénis passi sunt. Eódem die:* Beáti Lázari quem Dóminus JESUS in Evangélio légitur suscitásse à mortuis. [Item] Translátio Sancti Ignátii Epíscopi [Antiochéni] & Mártyris: * qui ab urbe Româ Antióchiam delátus, jacet extrà Portam Daphníticam in Cœmetério Eccléfiæ.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De órdine Congregatiónis.

IN Hannonia, B. Lamberti Monachi, qui Valcellis simplici oculo animam suam castificans & fratres attentiùs diligens, ab omnibus colebatur ut Pater. In veteri Monte, B. Henrici Monachi, qui dum esset Canonicus, per visionem conversus, miris virtutibus posteà effulsit. Heisterbachi, Venerabilis Rodolphi Conversi, qui mundo corde Sanctorum Patrum vestigia secutus, in pace quievit.

B Quintodécimo Kal. Januar.* Luna. 18

a b c d e f g h i k l m n p q r
28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14.
ſ t u A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 22 23 22 23 24 25 26 27

APUD Macedóniam [in] civitáte Philíppis : * Natális Beatórum Mártyrum Rufi & Zósimi. Hi ex eo número discipulórum fuérunt per quos primitíva Eccléſia in Judæis & Græcis fundáta eſt : * de quorum étiam felíci agóne ſcribit Sanctus Polycárpus in Epíſtolâ ad Philippénſes. In Africâ : * Pássio Sancti Moyſétis. Turónis : * Sancti Gatiáni Epíſcopi & Confeſſóris ; qui ab urbe Româ eídem civitáti primus diréctus Epíſcopus : * multis clarus miráculis quiévit in pace.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De ordinándo Abbáte.

ATtrebati, B Petri, ex Abbate Ciſtercii, ejuſdem urbis Epiſcopi, qui paſtorali ſollicitudine & humilitate præfulgens, fractus laboribus ad ſuos Ciſtercienſes rediit, & in Chriſto quievit. In agro Autiſſiodorenſi, B. Guillelmi Epiſcopi Eboracenſis, qui relictâ Angliâ, & dignitate quam per quinquennium ſtrenuè adminiſtrârat, humilitatem Monaſticam Pontiniaci profeſſus, poſt biennium cum gloria in cœlum obiit. Nazareth in Belgio, B. Vvicberti Converſi, humilitate & laboribus pro ordine ſuſceptis præclari.

19 Quartodécimo Kal. Januar.* Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

t u A B C D E F F G H M N P

17 18 19 20 21 22 23 24 23 24 25 26 27 28

APUD Ægyptum: * Beáti Neméſii Mártyris, qui ab Æmiliáno júdice geminátis ſupplíciis excruciátus: * cum latrónibus juſſus eſt incéndi, Salvatóris pérferens ſimilitúdinem qui unà cum latrónibus pértulit crucem. [In] civitáte Nicææ: * Sancti Dárii Mártyris. Autiſſiodóri: * Sancti Gregórii Abbátis.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Præpóſito Monaſtérii.

IN Claravalle, B. Joannis Monachi, in cujus meditatione adeò exardeſcebat ignis, ut quaſi flammæ ex corpore pſallentis erumperent. Hemmenrode, B. Mengoſi Converſi, qui ſimplicitate & humilitate clariſſimus, poſt mortem, præcipiente Abbate, revixit & ejuſdem juſſu paulò poſt exultans reverſus eſt in cœlum.

20 Tertiodécimo Kal. Januar.* Luna. D

a b c d e f g h i k l m n p q r

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

ſ t u A B C D E F F G H M N P

17 18 19 20 21 22 23 24 25 24 25 26 27 28 29

VIGILIA Sancti Thomæ Apóſtoli. Apud Alexándriam: * Beatiſſimórum Márty-

rum Ammónis, Zenónis, Ptolemæi, Ingénis & Theóphili ; qui tribunálibus adstántes cùm quidam Christiánus in supplíciis pósitus trepidáret & jam penè ad negándum declináret ; vultu, óculis ac nútibus conabántur erigere : * cùmque hac de causâ clamor totíus vulgi in eos prosilíret ; prorumpentes in médium Christiános se esse testántur : * [& per eórum victóriam íllicò Christus qui suis eam ánimi constántiam déderat] gloriosíssimè triumphávit. In Thráciâ civitáte Géldubâ : * Sancti Júlii Mártyris. In Amphytræâ : * Sancti Liberáti [Epíscopi.] Romæ : * Depositio Sancti Zepheríni Epíscopi. Eódem die : * Sancti Gregórii Epíscopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Ostiário Monastérii.

IN Provincia, B. Christiani Abbatis Toroneti, qui jam senex electus in Episcopum Tolosanum, obiit plenus dierum & meritorum. Eboraci in Lusitania, B. Mariæ Conversæ, quæ humilitatem & patientiam virginitati conjungens, mirâ cordis lætitiâ intravit ad nuptias sponsi cœlestis.

E Duodécimo Kal. Januar.* Luna. 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
r	s	t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

MM. maj. NATALIS Beáti Thomæ Apóstoli : * qui Parthis & Medis Evangélium præ-

dicans ; passus est in Indiâ : * ac non multò pòst inde translátus ad Edéssam urbem. Eódem die in Túsciâ : * Sanctórum Mártyrum Joánnis & Festi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Frátribus in via diréctis.

IN Territorio Moguntinensi, B. Thomæ Monachi, qui sanctitate vitæ & pietate in B. Virginem insignis, feliciter apud Arnsburg quievit. In Grandi-Sylvâ, B. Joannis Conversi, singulari etiam cultu B. Virginis præclari.

22 Undécimo Kal. Januar. * Luna. F

a b c d e f g h i k l m n p q r
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
s t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 27 26 27 28 29 1 2

ROMÆ, viâ Lavicánâ inter duas lauros : * Natális [Sanctórum] trigínta Mártyrum ; qui omnes uno die [in] persecutióne Diocletiáni coronáti sunt. Alexándriæ : * Beáti Ischiriónis Mártyris. Is cùm ad sacrificándum, blandítiis atque injúriis cogerétur & contémneret ; præacútâ fude transverberátus per víscera, neci tráditur. Antióchiæ : * Sancti Basiléi Mártyris. [In civitáte Ostiâ : * Sanctórum Mártyrum Demétrii, Honoráti & Flori.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Si Fratri impossibília injungántur.

CAroliloci, B. Roberti Monachi; qui diù oblato sacrificio contriti cordis, meruit esse Pontifex Sylvanectensis eximius. In Saxonia, B. Adæ Monachi de Luxa; qui ab infantia usque ad mortem incredibili affectu, etiam balbutiendo sanctissimam Dei Genitricem salutavit. Tulpeti in Germania, B. Engilberti Conversi, qui oculis corporeis cœcus à nativitate, dono prophetiæ & visionibus cœlestibus oculos cordis habuit illuminatissimos.

G Décimo Kal. Januar. * Luna. 23

a b c d e f g h i k l m n p q
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
r s t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 27 28 29 1 2 3

APUD Nicomédiam: * Sanctórum Mártyrum vigínti ⁊ quos Diocletiána persecútio gravíssimis cruciátos torméntis Mártyres Christi fecit: * & Beátos Sanctórum número in cœlis conjúnxit. Romæ, Natális Sanctæ Victóriæ Vírginis sub persecutióne Décii Imperatóris: * quæ cùm esset desponsáta cuídam pagáno & nec núbere vellet nec sacrificáre ⁊ post multa facta mirácula, inter quæ plúrimas Vírgines Dómino aggregáverat: * percússa est gládio in corde à carnífice rogátu sui ſponsi. Item, Romæ: * Sancti Sérvuli ⁊ de quo Beátus Gregórius scribit quod à primævâ ætáte usque ad finem vitæ paralyticus jacébat: * ad cujus tumbam mirácula crebérrimè fiunt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut in Monastério, &c.

In

IN Lusitania, B. Joannis Abbatis, qui monitus à S. Joanne Baptista, ex eremo in quo rigidissimè vivebat, obviam Monachis missis à S. Bernardo in Hispaniam venit, & Abbas eorum apud Taroucam constitutus, etiam Militibus Avilienſibus Regulam conscripsit. Denique Ordine in iis regionibus dilatato, clarus meritis & miraculis, post Hymnum, *Te Deum*, ab ipso decantatum, feliciter obiit. Heisterbachi, B. Godefridi, qui jam ætate grandævus factus est ut parvulus, ex Magistro nobili discipulus, & ex Canonico divite humillimus ac pauperrimus Monachus.

24 Nono Kal. Januar.* Luna. A

a b c d e f g h i k l m n p q r
5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
ſ t u A B C D E F F G H M N P
21 22 23 24 25 26 27 28 29 28 29 1 2 3 4

VIGILIA Natális Dómini. Apud Antiochiam Syriæ:* Natális Sanctárum Vírginum quadragínta ? quæ sub Deciánâ persecutióne per divérsa torménta martyrium consummavérunt. Apud Spolétum civitátem Túsciæ:* Sancti Gregórii Presbyteri & Mártyris, tempóribus Diocletiáni & Maximiáni Imperatórum ? qui primò fústibus nodósis cæsus, ac deíndè post craticulam & cárcerem cardis férreis in génibus percússus:* sed & ardéntibus lampádibus per látera incénsus ? tandem decollátus est. [In] civitáte Trípoli:* Sancti Luciáni & sociórum Mártyrum.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut non præsúmat quisquam áliquem passim cædere aut excommunicáre.

S Avigniaci in Neustriâ, B Petri Monachi, qui Sancto Aymoni glorioſus & exultans poſt mortem apparuit. Hemmenrode, B. Hildebrandi Converſi, qui contemptu ſui ad ſummam charitatem pervenit. Rameyæ in Brabantia, B. Anaſtaſiæ Virginis, quæ S Idæ viſa eſt inter choros Martyrum ob acerbos dolores conſtanter toleratos.

B Octávo Kal. Januárii. * Luna. 25

a b c d e f g h i k l m n p q r
6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21
ſ t u A B C D E F F G H M N P
22 23 24 25 16 27 28 29 30 29 1 2 3 4 5

JESUS-CHRISTUS Filius Dei in Bethleem Judæ nascitur: * anno Cæſaris Augúſti quadragéſimo ſecúndo ; [hebdómadâ juxtà Daniélis prophétiam ſexagéſimâ ſextâ: *] Olympíade centéſimâ nonagéſima tértiâ. *Hic Conventus humi proſtratus ſuper faciem dicit ſecretò*, Pater noſter, *& omnibus reſidentibus, Invitator proſequitur.* Eódem die: * Natális Sanctæ Anaſtáſiæ ſub Diocletiáno Imperatóre ; quæ pro confeſſióne Dómini diútinâ cuſtódiâ macerata: * dein cum ducéntis viris & ſeptingéntis fœminis ad ínſulas palmárias delata ; ipſa quidem igne: * cæteri verò váriis interfectiónibus martyrium celebrárunt. Romæ in Cœmetério Aproniáni, Páſſio Beátæ Eugéniæ Vírginis: * quæ témpore Galliéni Imperatóris poſt virtútum insígnia ; poſt ſacros Vírginum choros aggregátos: * ſub Nicétio urbis Præ-

féćto pro Christo diù agoníſans ꝛ novíſſimè gládio jugulàta eſt. ℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Ut obediéntes ſint ſibi ínvicem Fratres.

IN Grandi-Sylvâ, B. Fulconis Epiſcopi, qui & dum Abbas eſſet Grandiſſylvæ, & cùm factus eſt Pontifex Toloſanus, exemplo S. Bernardi mirabili conſtantiâ hæreticos profligavit; à quibus & exilium paſſus eſt. In Hannoniâ, B. Luciæ Virginis & Prioriſſæ Spinoſi loci, quæ virtutibus & miraculis coruſcavit.

26 Séptimo Kal. Januar. * Luna. C

a b c d e f g h i k l m n p q r
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
ſ t u A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 29 30 1 1 2 3 4 5 6

APUD Jeroſólymam: * Natális Beáti Stéphani Protomártyris ꝛ qui à Judæis non longè poſt paſſiónem Chriſti lapidátus eſt: * eódem ſcílicet anno Aſcenſiónis ipſius. Hujus venerábile corpus témpore Honórii Príncipis: * divínâ revelatióne repértum eſt. Romæ, viâ Appiâ, Depoſitio Sancti Dionyſii Papæ: * qui fídei documéntis ſub Cláudio Imperatóre clarus effúlſit. Eódem die: * Sancti Maríni claríſſimi viri ꝛ qui martyrii triumphum ſub Imperatóre [Numeriáno] & Marciáno Præféćto Romæ adéptus eſt. *MM. maj.*

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De Zelo bono, &c.

VIllarii, B. Danielis Monachi & Cellerarii; qui sanctitatis famâ celebris migravit ad Christum. Hemmenrode, B. Oberti Conversi, qui diù serviens fratribus infirmis factus est ipse infirmus, & per viginti annos doloribus acerbis vexatus constans & gaudens sanitatem adeptus est æternam.

D Sexto Kal. Januar.* Luna. 27

a b c d e f g h i k l m n p q r
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
ſ t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 30 1 2 2 3 4 5 6 7

MM. maj. APUD Epheſum, Natális Beáti Joánnis Apóſtoli & Evangelíſtæ:* qui poſt exílii relegatiónem, poſt Apocalypſis divínam revelatiónem, poſt Evangélii deſcriptiónem ℣ uſque ad Trajáni Príncipis témpora perſevérans totíus Aſiæ fundávit, rexítque Eccléſias:* & confféctus ſénio, ſexagéſimo octávo poſt paſſiónem Dómini anno ℣ ætátis autem ſuæ nonagéſimo nono:* mórtuus eſt ac juxtà eándem urbem ſepúltus. [In Agro Coloniénſi:* Dedicátio loci Sanctæ Maríæ Mariſtadénſis.] Alexándriæ:* Sancti Máximi Epíſcopi ℣ qui ſatis clarus & insígnis de título confeſſiónis effféctus eſt.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. De eo quod non omnis obſervátio juſtítiæ in hac ſit Régula conſtitúta.

Dianci in Indiâ, Passio B. Joannis Militis de Christo, qui cum aliis sex pro fide christianâ strenuè decertans, barbarâ sævitiâ à Turcis interemptus est. In loco S. Bernardi Antuerpiensi, B. Gozuini Abbatis, qui religione ac sanctitate clarus, multa à nocentibus constanter pro justitia passus est. In Agro Germaniæ Constantiensis, B. Hugonis Monachi, qui potens in scripturis divinis, solum Jesum se scire & hunc crucifixum verbo & opere fratribus suis Portæ Cœli Monachis palàm ostendit.

28 Quinto Kal. Januar. * Luna. E

a b c d e f g h i k l m n p q r s
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9

APUD Bethléem Judæ, Natális Sanctórum Innocéntium: * qui ab Heróde Rege interfecti sunt. [In urbe] Ancyrâ Galátiæ: * Sanctórum Eutycii Presbyteri & Domitiáni Diáconi [Mártyrum. MM. maj.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Incipit Prólogus.

Jerosolymis, B. Margaritæ Virginis; quæ virtutibus insignis Ordinem illustravit. In Lusitania, B. Violantiæ Conversæ, quæ cordis simplicitate & humilitate ad amorem Christi ardentissimum perveniens, ipsi in Venerabili Sacramento, coram quo orabat, capite inclinato emisit spiritum.

E Quarto Kal. Januar.* Luna. 29

a b c d e f g h i k l m n p q r
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
ſ t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

MM. IN Anglia civitáte Cantuáriâ: * Sancti Thomæ Archiepíſcopi & Mártyris ℣ qui ſuſcépto Ordinis hábitu de manu Alexándri tértii, redux póſtea in Angliam: * ob defenſiónem juſtítiæ in Basílica ſuâ gládio percúſſus migrávit ad Chriſtum.] Jeroſólymis: * Sancti David Regis. Apud Arelátem, Natális Sancti Tróphimi: * cujus méminit Paulus [Apóſtolus] ſcribens ad Timótheum ℣ qui ab eódem Apóſtolo Epíſcopus ordinátus, præfatæ urbi primus ob Chriſti Evangélium prædicándum diréctus eſt: * ex cujus fonte, ut Papa Zozymus ſcribit, tota Gállia fídei rívulos accépit. In pago a Oxyménſi: * Sancti Ebrúlphi Confeſſóris ℣ témpore Childebérti Regis Francórum. Item Jeroſólymis: * Sanctæ Melániæ Deo ſacrátæ. ℣ Et álibi, &c.

a Ouscheen Hyemois, Diocese de Seés.

Lectio Reg. Exurgámus, &c.

IN Gallæcia, B. Vitalis Abbatis, qui è Claravalle miſſus à S. Bernardo Meyrenſem ſolitudinem incoluit & Cœnobitas quibus præfuit verbis & exemplis ſanctificavit. In Hibernia, B. Marnochi Monachi, cujus corpus ex oppido Portmarnor, Dublinium tranſlatum, in Sacello ejus nomini dicato honorificè conditum fuit.

30 Tértio Kal. Januar.* Luna. G

a b c d e f g h i k l m n p q r
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
ſ t u A B C D E F F G H M N P
27 28 29 30 1 2 3 4 5 5 6 7 8 9 10

APUD Spolétum: * Natális [Sanctórum] Sabíni Epíſcopi, Exuperántii & Marcélli Diaconórum: ac Venuſtiáni cum uxóre & fíliis ſub Maximiáno Imperatóre: * ex quibus Marcéllus & Exuperántius primò equúleo ſuſpénſi, dein fúſtibus gráviter maceráti: poſt úngulis abráſi & láterum aduſtióne aſsáti: * martyrium complevérunt. Venuſtiánus autem non multò pòſt, unà cum uxóre & fíliis gládio necátus eſt: * Sanctus verò Sabínus poſt mánuum detruncatiónem & diútinam cárceris maceratiónem: ad mortem uſque cæſus eſt. Horum ítaque martyrium, licet divérſo extíterit, témpore: * unâ tamen recólitur die. Alexándriæ: * Sancti Manſuéti Mártyris cum áliis decem. [Romæ: * Sancti Felícis Epíſcopi. Turónis: * Sancti Perpétui Epíſcopi.

℣ Et álibi, &c.

Lectio Reg. Succínctis, &c.

IN Territorio Germaniæ Numburgenſi, B. Alberti Abbatis, qui nullis pepercit laboribus ut Monaſterium Portenſe quod erexerat ſanctiſſimis legibus & moribus confirmaret. In Friſia, B. Richardi Monachi, qui Cœnobium Aldvert ad Groningam & totam regionem, ſpectatâ ſanctitate & miraculis illuſtravit.

A Prídie Kal. Januar.* Luna. 31

a b c d e f g h i k l m n p q r
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
ſ t u A B C D E F F G H M N P
28 29 30 1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

MM. ROMÆ, Natális Sancti Sylveſtri Papæ: * cujus actus clari habéntur. Apud Sénonas: * Beatórum Sabiniáni Epíſcopi & Potentiáni ? qui à Pontífice Románo illuc ad prædicándum dirécti: * eándem Metrópolim martyrii ſui confeſſióne illúſtrem fecérunt. In eadem urbe: * Sanctæ Colúmbæ Vírginis ? quæ, ſuperáto igne, juſſu Aureliáni Imperatóris gládio cæſa eſt. [a Rhetiáriæ: * Sancti Hermétis Exorcíſtæ. ¶ Et álibi, &c.

a Coire, Capitale des Griſons.

Lectio Reg. Cùm ergò, &c.

VAlcellis, B. Radulphi primi illius Monaſterii Abbatis, cujus corpus juſſu Concilii Lateranenſis tertii elevatum, cultui publico expoſitum eſt. In Agro Galliæ Bellovacenſi, B. Thomæ Monachi Frigidi-Montis; qui S. Thomæ Cantuarienſis in exilio comes individuus, & virtutum ejuſdem ſedulus imitator extitit. Hemmenrode, B. Remigii Converſi, qui oculis corporis captus, mente mirabiliter illuminatus fuit.

Cupimus autem ut non ſegnes efficiamini imitatores eorum, qui fide & patientiâ hæreditaverant promiſſiones. Ad Hebr. 6.

MONITUM.

Advertat Lector, Lectiones Regulæ ſequentes non anticipari cum Martyrologiis in quorum fine deſignatæ ſunt: ſed ſuo quoque proprio die legi debere, v. g. Licet Martyrologium hac paginâ conſcriptum legatur 30. Decembris: Lectio Regulæ, *Cùm ergò*, legenda eſt tantùm die 31. & ſic de aliis.

SEQUITUR

SEQUITUR ORDO LECTIONUM REGULÆ PER ANNUM

Prout ſolent fieri ex veteri conſuetudine Ordinis.

21. *Martii.* 23. *Junii.* 25. *Septemb.* 28. *Decemb.*

INCIPIT Prólogus Sanctíſſimi ac Deo acceptíſſimi Patris noſtri Benedícti Abbátis: * in ſuam Régulam.

AUSCULTA, ô fili, præcépta Magíſtri, & inclína aurem cordis tui: * & admonitiónem pii Patris libénter éxcipe, & efficáciter comple: ut ad eum per obediéntiæ labórem rédeas: * à quo per inobediéntiæ desídiam recéſſeras. Ad te ergo nunc meus ſermo dirígitur: * quiſquis abrenúntians própriis voluntátibus Dómino Chriſto vero Regi militatúrus: obediéntiæ fortíſſima atque præclára arma aſſúmis. In primis ut quidquid agéndum inchoas bonum, ab eo perfici inſtantíſſimâ oratióne depóſcas: * ut qui nos jam in filiórum dignátus eſt número computáre: non débeat aliquándo de malis áctibus noſtris con-

tristári. Ita enim ei omni témpore de bonis suis in nobis paréndum est: * ut non solùm ut irátus pater non aliquándo filios suos exhæréret? sed nec ut metuéndus Dóminus irritátus malis nostris, ut nequíssimos servos perpétuam tradat ad pœnam: * qui eum sequi noluérint ad glóriam. Tu autem Dómine? miserére nobis. ℟. Deo grátias.

Deinde legitur Caput Constitutionum conveniens.

22. *Mart.* 24. *Junii.* 26. *Septemb.* 29. *Decemb.*

EXURGAMUS ergo tandem aliquándo: * excitánte nos Scripturâ ac dicénte. *Hora est jam nos de somno súrgere.* Et apertis óculis nostris ad deíficum lumen: * attónitis áuribus audiámus, divína quotídie clamans, quid nos admóneat vox, dicens. *Hódie si vocem ejus audiéritis, nolíte obdurâre corda vestra.* Et iterum. *Qui habet aures audiéndi: * áudiat quid spíritus dicat Ecclésiis.* Et quid dicit? *Veníte fílii, áudite me: * timórem Dómini docébo vos. Cúrrite dum lumen vitæ habétis: * ne ténebræ mortis vos comprehéndant.* Et quærens Dóminus in multitúdine pópuli cui hæc clamat, operárium suum: * íterùm dicit. *Quis est homo qui vult vitam? & cupit vidére dies bonos?* Quod si tu áudiens respóndeas, Ego: * dicit tibi Deus. *Si vis habére vitam? prohíbe linguam tuam à malo: * & lábia tua ne loquántur dolum. Divérte à malo, & fac bonum: * ínquire pacem & sequere eam. Et cùm hæc fecéritis? óculi mei super*

*vos, & aures meæ ad preces vestras: * & antequàm me invocétis, dicam. Ecce adsum.* Quid dúlcius nobis hac voce Dómini invitántis nos, Fratres charíssimi? Ecce pietáte suâ demónstrat nobis Dóminus viam vitæ. Tu autem Dómine? miserére nobis. ℟. Deo grátias.

23. *Martii.* 25. *Junii.* 27. *Septemb.* 30. *Decemb.*

SUCCINCTIS ergo fide vel obsérvántiâ bonórum áctuum lumbis nostris, & calceátis pédibus? per ducátum Evangélii pergámus itínera ejus: * ut mereámur eum qui nos vocávit in regno suo vidére. In cujus regni tabernáculo si vólumus habitáre: * nisi illuc bonis áctibus curréndo mínime pervenítur. Sed interrogémus cum Prophéta Dóminum: * dicéntes ei. Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? aut quis requiéscet in monte sancto tuo? Post hanc interrogatiónem, fratres, audiámus Dóminum respondéntem, & ostendéntem nobis viam ipsius tabernáculi: * ac dicéntem. *Qui ingréditur sine mácula, & operátur justítiam? qui lóquitur veritátem in corde suo: * qui non egit dolum in linguâ suâ. Qui non fecit próximo suo malum: * & oppróbrium non accépit advérsus próximum suum.* Qui malígnum diábolum aliqua suadéntem sibi, cum ipsa suasióne sua à conspéctibus cordis sui respuens, dedúxit ad nihílum: * & párvulos cogitátus ejus ténuit, & illísit ad Christum. Qui timéntes Dóminum, de bonâ obsérvantiâ suâ

non se reddunt elátos : * sed ipsa in se bona, non à se posse, sed à Domino fieri existimántes ; operántem in se Dóminum magníficant : * illud cum Prophétâ dicéntes. *Non nobis, Dómine, non nobis : * sed nómine tuo da glóriam.* Sicut nec Paulus Apóstolus de prædicatióne sua sibi áliquid imputávit, dicens. *Gratiâ Dei sum id quod sum.* Et ítemùm ipse dicit : *Qui gloriátur in Dómino gloriétur.* Unde & Dóminus in Evangélio ait. *Qui audit verba mea hæc, & facit ea ; símilábo eum viro sapiénti : * qui ædificávit domum suam supra petram. Venérunt flúmina flavérunt venti ; & impegérunt in domum illam, & non cécidit : * fundáta enim erat supra petram.* Hæc complens Dóminus, expéctat nos quotídiè his suis sanctis mónitis, factis nos respondére debére. Ideò nobis propter emendatiónem malórum, hujus dies vitæ ad indúcias relaxántur:* dicénte Apóstolo. *An nescis quia patiéntia Dei ad pœniténtiam te addúcit?* Nam pius Dóminus dicit. *Nolo mortem peccatóris, sed ut convertátur, & vivat.* Tu autem Dómine, &c.

24. *Martii.* 26 *Junii.* 28. *Septemb.* 31. *Decemb.*

CUM ergo interrogassémus Dóminum, Fratres, de habitatóre tabernáculi ejus ; audívimus habitándi præcéptum. * sed si compleámus habitatóris officium, érimus hærédes Regni cœlórum. Ergo præparánda sunt corda & córpora nostra sanctæ præceptórum obe-

diéntiæ militatúra : * & quod minus habet in nobis natura possibile ℣ rogémus Dóminum, ut grátiæ suæ júbeat nobis adjutórium ministrári. Et si fugiéntes gehénnæ pœnas, ad vitam perpétuam vólumus pervenire ℣ dum adhuc vacat, & in hoc córpore sumus, & hæc omnia per hanc lucis usúram vacat implére : * curréndum & agéndum est modò, quod in perpétuum nobis expédiat. Constituénda est ergò à nobis Domínici Schola servitii : * in quâ institutióne nihil aspérum, nihílque grave nos constitutúros sperámus. Sed & si quid páululùm restrictius, dictante æquitátis ratióne, propter emendatiónem vitiórum, vel conservatiónem charitátis procésserit ℣ non illicò pavóre pertérritus refúgias viam salútis : * quæ non est nisi angústo inítio incipiénda. Procéssu verò conversatiónis & fidei, dilatáto corde, inenarrábili dilectiónis dulcédine, cúrritur via mandatórum Dei : * ut ab ipsíus numquàm magistério discedéntes ℣ in ejus doctrínâ usque ad mortem in Monastério perseveránte, passiónibus Christi per patiéntiam participémus : * ut & regni ejus mereámur esse consórtes. Tu autem Dómine ℣ miserére nobis. ℟. Deo grátias.

De genéribus Monachórum.

MONACHORUM quátuor esse génera maniféstum est. Primum Cœnobitárum ℣ hoc est, monastériale: * militans sub Régulâ vel Abbáte. Deínde, secúndum genus est Anachoretárum, idest, Eremitárum: * horum qui non conversiónis fervóre novitio, sed Monastérii probatióne diutúrnâ ℣ didicérunt contra diabólum multórum solátio jam docti pugnáre: * & bene instrúcti fratérnâ ex acie ad singulárem pugnam erémi ℣ secúri jam sine consolatióne altérius, solâ manu vel brachio, contra vítia carnis vel cogitatiónum, Deo auxiliánte, sufficiunt pugnáre. Tertium verò Monachórum terérrimum genus, est Sarabaïtárum, qui nullâ Régulâ approbáti experiéntiâ Magístri, sicut aurum fornácis ℣ sed in plumbi natúrâ mollíti adhuc opéribus servántes sæculo fidem: * mentíri Deo per tonsúram noscúntur. Qui bini aut terni, aut certè síngulí sine pastóre ℣ non Domínicis, sed suis inclúsi ovílibus, pro lege eis est desideriórum volúptas: * cùm quidquid putaverint vel elégerint, hoc dicunt sanctum ℣ & quod nolúerint, putant non licére. Quartum verò genus, est Monachórum quod nominátur gyróvagum: * qui totâ vitâ suâ per divérsas Províncias ternis aut quatérnis diébus per diver-

sórum cellas hospitántur? semper vagi, & numquàm stábiles, & própriis voluptátibus & gulæ illécebris serviéntes: * & per ómnia deterióres Sarabaïtis. De quorum ómnium miserrimâ conversatióne, mélius est silére, quàm loqui. His ergo omíssis: * ad Cœnobitárum fortíssimum genus disponéndum, adjuvánte Dómino, veniámus. Tu autem Dómine, &c.

26. *Martii.* 28. *Junii.* 30. *Septemb.* 2. *Januar.*

Qualis débeat esse Abbas.

ABBAS qui præesse dignus est Monastério, semper meminísse debet, quod dícitur: * & nomen majóris, factis implére. Christi enim ágere vices in Monastério créditur: * quando ipsius vocátur prænómine, dicénte Apóstolo. *Accepístis spíritum adoptiónis filiórum*: * *in quo clamámus Abba pater.* Ideóque Abbas nihil extra præcéptum Dómini (quod abfit) debet aut docére, aut constitúere, vel jubére: * sed jussio ejus vel doctrína, fermentum divínæ justítiæ in discipulórum méntibus conspergátur. Memor sit semper Abbas, quia doctrínæ suæ vel discipulórum obediéntiæ: * utrarúmque rerum in treméndo judício Dei faciénda erit discússio. Sciatque Abbas culpæ pastóris incúmbere: * quicquid in óvibus paterfamílias utilitátis minus potúerit invenire. Tantùm íterùm liber erit? si in-

quiéto vel inobediénti gregi pastóris fúerit omnis diligéntia attribúta, & mórbidis earum áctibus univérsa fúerit cura exhíbita: * pastor earum in judício Dómini absolútus, dicat cum Prophétâ Dómino. *Justítiam tuam non abscóndi in corde meo ℣ veritátem tuam & salutáre tuum dixi: * ipsi autem contemnéntes sprevérunt me.* Et tunc demùm inobediéntibus curæ suæ óvibus: * pœna sit eis prævalens ipsa mors. Tu autem Dómine, &c.

27. *Martii.* 29. *Junii.* 1. *Octobris.* 3. *Januarii.*

ERGO cùm áliquis súscipit nomen Abbátis ℣ dúplici debet doctrínâ suis præesse discípulis: * idest, ómnia bona & sancta, factis ampliùs quàm verbis osténdere ℣ ut capácibus discípulis mandáta Dómini verbis propónat: * duris verò corde & simplicióribus, factis suis divína præcépta demónstret. Omnia verò quæ discípulis docúerit esse contrária ℣ in suis factis índicet non agénda: * ne áliis prædicans, ipse réprobus inveniátur ℣ ne quando dicat illi Deus peccánti. *Quare tu énarras justítias meas ℣ & assúmis testaméntum meum per os tuum? Tu verò odísti disciplínam: * & projecísti sermónes meos post te. Et qui in fratris tui óculo festúcam vidébas: * in tuo trabem non vidísti.* Non ab eo persóna in Monastério discernátur. Non unus plus amétur quàm alius: * nisi quem in bonis áctibus, aut obediéntia invénerit meliórem. Non præpo-

nátur ingénuus ex servítio convertênti : * nisi alia rationábilis causa exístat. Quod si ita justítiâ dictánte, Abbáti visum fúerit ; & de cujúslibet órdine id fáciat : * sin áliàs, própria téneant loca ; quia sive servus, sive liber, omnes in Christo unum sumus : * & sub uno Dómino, æquálem servitútis militiam bajulámus ; quia non est personárum accéptio apud Deum. Solúmmodo in hac parte apud ipsum discérnimur : * si melióres áliis in óperibus bonis & húmiles inveniámur. Ergo æquális sit ab eo ómnibus cháritas : * una præbeátur in ómnibus, secúndùm mérita, disciplina. Tu autem Dómine ; miserére nobis. ℟. Deo grátias.

28 *Martii.* 30. *Junii.* 2. *Octob.* 4. *Januar.*

IN doctrína namque suâ Abbas Apostólicam debet illam semper formam servâre ; in qua dicit, *Argue, obsecra, increpa :* * id est, miscens tempóribus témpora, terróribus blandiménta ; dirum Magístri, pium Patris óstendat affectum : * id est, in disciplinátos & inquietos debet duriùs argúere ; obediéntes autem, & mites & patiéntes, ut in melius proficiant, obsecráre : * negligéntes autem & contemnéntes, ut increpet & corrípiat admonémus. Neque dissímulet peccáta delinquéntium ; sed mox ut cœperint oríri, radícitùs ea, ut prævalet, ámputet : * memor periculi Heli Sacerdótis de Silo. Et honestióres quidem atque intelligíbiles ánimos, primâ vel secúndâ admo-

nitióne verbis corrípiat ? ímprobos autem, & duros corde, ac ſupérbos, vel inobediéntes, vérberum, vel córporis caſtigatióne in ipſo ínitio peccáti coérceat: * Sciens ſcriptum. *Stultus verbis non corrigitur.* Et íterùm. *Percúte fílium tuum virgâ: * & liberábis ánimam ejus à morte.* Tu autem Dómine, &c.

29. *Martii.* 1. *Julii.* 3. *Octobris.* 5. *Januarii.*

MEMINISSE debet ſemper Abbas quod dícitur: * & ſcire quia cui plus commíttitur, plus ab eo exígitur. Sciatque quàm difficilem & árduam rem ſuſcépit, régere ánimas: * & multórum ſervíre móribus. Et álium quidem blandiméntis, álium verò increpatiónibus, álium ſuaſiónibus: * & ſecúndùm uniuſcujúſque qualitátem vel intelligéntiam, ita ſe ómnibus confórmet & aptet ? ut non ſolùm detrimenta gregis ſibi commíſſi non patiátur: * verùm etiam in augmentatióne boni gregis gáudeat. Ante ómnia, ne diſſimulans, aut parvipéndens ſalútem animárum ſibi commiſſárum ? non plus gerat ſollicitúdinem de rebus tranſitóriis & terrénis, atque cadúcis: * ſed ſemper cógitet, quia ánimas ſuſcépit regéndas ? de quibus & ratiónem redditúrus eſt. Et ne cauſétur de minóre fortè ſubſtántia: * memínerit ſcriptum. *Primùm quærite regnum Dei, & juſtítiam ejus: * & hæc omnia adjiciéntur vobis.* Et íterùm. *Nihil deeſt timéntibus eum.* Sciatque, quia ſuſcépit ánimas regén-

das: * & præparet se ad rationem reddendam. Et quantum sub cura sua fratrum se habére scíerit número ℣ agnóscat pro certo, quia in die judícii ipsárum ómnium animárum redditúrus est Dómino rationem: * sine dubio ádditâ & suæ ánimæ. Et ita semper timéns futúram discussiónem pastóris de créditis óvibus ℣ cùm de aliénis ratiocíniis cavet, rédditur de suis sollícitus. Et cùm de admonitiónibus suis emendatiónem áliis submínistrat: * ipse efficitur à vítiis eméndatus. Tu autem Dómine, &c.

30. *Martii.* 2. *Julii.* 4. *Octobris.* 6. *Januarii.*

De adhibéndis ad consílium Frátribus.

QUOTIES áliqua præcípua agénda sunt in Monastério ℣ cónvocet Abbas omnem Congregatiónem: * & dicat ipse unde ágitur. Et áudiens consílium fratrum, tractet apud se: * & quod utílius judicáverit, fáciat. Ideò autem omnes ad consílium vocári díximus: * quia sæpe junióri Dóminus revélat quod mélius est. Sic autem dent fratres consílium cum omni humilitátis subjectióne ℣ ut non præsúmant procáciter deféndere quod eis visum fúerit: * sed magis in Abbátis péndeat arbítrio ℣ ut quod salúbrius judicáverit esse, ei cuncti obédiant. Sed sicut discípulis cónvenit obedíre Magístro: * ita & ipsum, próvide & justè cóndecet cuncta dispónere. In ómnibus ígitur omnes magístram

ſequántur Régulam : * neque ab ea temérè deviétur à quoquam. Nullus in Monaſtério próprii ſequátur cordis voluntátem : * neque præſúmat quiſquam cum Abbáte ſuo protérve intùs vel foris Monaſtérium conténdere. Quod ſi præſúmpſerit : * regulári diſciplínæ ſubjáceat. Ipſe tamen Abbas cum timóre Dei & obſervatióne Régulæ ómnia fáciat : * ſciens ſe proculdúbio de ómnibus judíciis ſuis æquíſſimo júdici Deo ratiónem redditúrum. Si qua verò minóra agénda ſunt in Monaſtérii utilitátibus, ſeniórum tantùm utátur conſilio : * ſicut ſcriptum eſt. Omnia fac cum conſilio : * & poſt factum non pœnitébis. Tu autem, &c.

31. *Martii.* 3. *Julii.* 5. *Octob.* 7. *Januarii.*

Quæ ſint inſtruménta bonórum óperum.

PRIMUM inſtrumentum : In primis, Dóminum Deum dilígere ex toto corde, totâ ánimâ, totâ virtúte : *

2. Deínde, próximum tanquam ſeipſum.
3. Deínde, non occídere :
4. Non adulterári : *
5. Non fácere furtum.
6. Non concupíſcere : *
7. Non falſum teſtimónium dícere.
8. Honoráre omnes hómines : *
9. Et quod ſibi quis fieri non vult, álii non fáciat.

10. Abnegáre ſemetípſum ſibi : * ut ſequátur Chriſtum.
11. Corpus caſtigáre ?
12. Delícias non amplécti : *
13. Jejúnium amáre.
14. Páuperes recreáre ?
15. Nudum veſtíre ?
16. Infirmum viſitáre : *
17. Mortuum ſepelíre.
18. In tribulatióne ſubveníre. *
19. Doléntem conſolári.
20. A ſæculi áctibus ſe fácere aliénum : *
21. Nihil amóri Chriſti præpónere.
22. Iram non perficere : *
23. Iracúndiæ tempus non reſerváre.
24. Dolum in corde non tenére ?
25. Pacem falſam non dare : *
26. Charitátem non derelínquere.
27. Non juráre, ne fortè perjúret : *
28. Veritátem ex corde & ore proférre.
29. Malum pro malo non réddere ?
30. Injúriam non fácere : * ſed & factam patiénter ſufférre.
31. Inimícos dilígere ?
32. Maledicéntes ſe, non remaledícere, ſed magis benedícere : *
33. Perſecutiónes pro juſtítia ſuſtinére.
34. Non eſſe ſupérbum ?
35. Non vinoléntum : *
36. Non multum edácem.
37. Non ſomnoléntum : *

38. Non pigrum.
39. Non murmuróſum: *
40. Non detractórem.
41. Spem ſuam Deo commíttere?
42. Bonum aliquod in ſe cùm víderit, Deo ápplicet, non ſibi; *
43. Malum verò, ſemper à ſe factum ſciat, & ſibi réputet.
44. Diem judícii timére: *
45. Gehénnam expavéſcere.
46. Vitam æternam omni concupiſcéntiâ ſpirituali deſideráre: *
47. Mortem quotidiè ante óculos ſuſpéctam habére.
48. Actus vitæ ſuæ omni horâ cuſtodíre: *
49. In omni loco Deum ſe reſpícere, pro certo ſcire.
50. Cogitatiónes malas cordi ſuo adveniéntes, mox ad Chriſtum allidere: *
51. Et ſenióri ſpirituáli patefácere.
52. Os ſuum à malo vel pravo elóquio cuſtodíre: *
53. Multum loqui non amáre.
54. Verba vana aut ríſui apta non loqui: *
55. Riſum multum aut excúſſum non amáre.
56. Lectiones ſanctas libénter audíre?
57. Oratióni frequénter incúmbere?
58. Mala ſua prætérita cum láchrymis vel gémitu quotídiè in oratióne Deo confitéri: * & de ipſis malis, de cætero emendáre.
59. Deſidéria carnis non perfícere: * Voluntá-

tem própriam odíre.

60. Præcéptis Abbátis in ómnibus obedíre, etiam si ipse áliter (quod absit) agat: * memor illíus Dóminici præcépti. *Quæ dicunt, fácite: * quæ autem fáciunt fácere nolíte.*

61. Non velle dici sanctum, ántequàm sit: * sed priùs esse, quo veriùs dicátur.

62. Præcépta Dei factis quotídiè adimplére.

63. Castitátem amáre?

64. Nullum odíre: *

65. Zelum & invídiam non habére.

66. Contentiónem non amáre: *

67. Elatiónem fúgere.

68. Senióres venerári: *

69. Junióres dilígere.

70. In Christi amóre pro inimícis oráre?

71. Cum discordántibus ante Solis occásum in pacem redíre: *

72. Et de Dei misericórdia numquàm desperáre.

Ecce hæc sunt instrumenta artis spirituális: * quæ cùm fúerint à nobis die noctúque inceſsabíliter adimpléta, & in die judícii reconsignáta? illa merces nobis à Dómino recompensábitur, quàm ipse promísit: * quòd óculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis ascéndit? quæ præparávit Deus his qui díligunt eum. Officína verò, ubi hæc ómnia diligénter operémur? claustra sunt Monastérii: * & stabílitas in Congregatióne.

1. *Aprilis.* 4. *Julii.* 6. *Octob.* 8. *Januarii.*

De Obediéntia.

PRIMUS humilitátis gradus est obediéntia sine mora. Hæc cónvenit his, qui nihil sibi Christo cárius áliquid exístimant, propter servítium sanctum quod profésSi sunt, seu propter metum gehénnæ, vel glóriam vitæ æternæ: * mox ut áliquid imperátum à majore fúerit, ac si divinitùs imperétur ? moram pati nesciunt in faciéndo. De quibus Dóminus dixit. *In áuditu auris obedívit mihi.* Et iterùm dicit Doctóribus. *Qui vos audit, me audit.* Ergo hi tales relinquéntes statim quæ sua sunt, & voluntátem própriam deseréntes ? mox exoccupátis mánibus, & quod agébant imperfé-ctum relinquéntes: * vicíno obediéntiæ pede, jubéntis vocem factis sequúntur. Et véluti uno moménto prædicta Magístri jussio, & perfécta discípuli ópera ? in velocitáte timóris Dei, ambæ res commúniter cítiùs explicántur: * quibus ad vitam æternam gradiéndi amor incúmbit. Ideo angústam viam arrípiunt: * unde Dóminus ait. *Angústa via est, quæ ducit ad vitam.* Ut non suo arbítrio vivéntes, vel desidériis suis & voluptátibus obediéntes ? sed ambulántes alieno judício & império, in Cœnobiis degéntes: * Abbátem sibi præesse desidérant. Sine dubio hi tales illam Dómini imitántur sententiam, quâ dicit. *Non veni fácere voluntátem meam,*

meam, sed ejus qui misit me. Sed hæc ipsa obediéntia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis homínibus: *si, quod jubétur, non trépidè, non tardè, non tépidè, aut cum múrmure, vel cum respónsióne noléntis efficiátur? quia obediéntia quæ majóribus præbétur, Deo exhibétur. Ipse enim dicit. *Qui vos audit:* * *me audit.* Et cum bono ánimo à discípulis præbéri opórtet: *quia hilárem datórem díligit Deus. Nam cum malo ánimo si obédiat discípulus? & non solùm ore, verùm étiam in corde si murmuráverit? etsi ímpleat jussiónem: *tamen accéptum jam non erit Deo, qui cor réspicit murmurántis. Et pro tali facto nullam consequitur grátiam: *immo pœnam murmurántium incúrrit? si non cum satisfactióne emendáverit. Tu autem Dómine, &c.

2. *Aprilis.* 5. *Julii.* 7. *Octob.* 9. *Januarii.*

De Taciturnitáte.

FACIAMUS quod ait Prophéta. *Dixi, custódiam vias meas, ut non delínquam in lingua mea? posui ori meo custódiam: * obmútui, & humiliátus sum, & silui à bonis.* Hic osténdit Prophéta, si à bonis elóquiis intérdum propter taciturnitátem debet tacére? quanto magis à malis verbis propter pœnam peccáti debet cessári? Ergò quamvis de bonis & sanctis ad ædificatiónem elóquiis? perfectis discípulis propter taciturnitátis gravitátem,

rara loquéndi concedátur licéntia: * quia scriptum est. *In multilóquio non effúgies peccátum.* Et alibi. *Mors & vita in mánibus linguæ.* Nam loqui & docére, Magístrum cóndecet: * tacére & audíre, discípulo cónvenit. Et ídeo, si quæ requirénda sunt à Prióre, cum omni humilitáte & subjectióne reveréntiæ requirántur: * ne videátur plus loqui quàm éxpedit. Scurrilitátes verò, vel verba otiósa & risum movéntia, ætérnâ clausúrâ in ómnibus locis damnámus: * & ad tale elóquium discípulum aperíre os non permíttimus. Tu autem, &c.

3. *Aprilis.* 6. *Julii.* 8. *Octob.* 10. *Januarii.*

De Humilitáte.

CLAMAT nobis divína Scriptúra, Fratres, dicens. *Omnis qui se exáltat, humiliábitur: * & qui se humíliat, exaltábitur.* Cùm hæc ergo dicit, osténdit nobis omnem exaltatiónem genus esse supérbiæ: * quod se cavére Prophéta índicat, dicens. *Dómine, non est exaltátum cor meum? neque eláti sunt óculi mei: * neque ambulávi in magnis, neque in mirabílibus super me.* Sed quid? *Si non humíliter sentiébam, sed exaltávi ánimam meam? sicut ablactátus est super matre sua: * ita retribues in ánimam meam.* Unde, Fratres, si summæ humilitátis vólumus culmen attíngere, & ad exaltatiónem illam cæléstem, ad quam per præsentis vitæ humilitátem ascénditur, vólu-

mus velóciter pervenire? áctibus nostris ascendéntibus, scala illa erigenda est, quæ in somno Jacob appáruit: * per quam ei descendéntes & ascendéntes Angeli monstrabántur. Non áliud sine dúbio descénsus ille & ascénsus à nobis intellígitur? nisi exaltatióne descéndere, & humilitáte ascéndere. Scala verò ipsa erécta, nostra est vita in sæculo: * quæ humiliáto corde à Dómino erígitur ad cœlum. Látera enim hujus scalæ, dícimus nostrum esse corpus & ánimam: * in quibus divérsos gradus humilitátis vel disciplínæ vocátio divína ascendéndos inséruit. Tu autem Dómine, &c.

4. *Aprilis.* 7. *Julii.* 9. *Octob.* 11. *Januarii.*

PRIMUS ítaque humilitátis gradus est: * si timórem Dei sibi ante óculos semper ponens oblivióném ómnino fúgiat? & semper sit memor ómnium quæ præcépit Deus: * & quáliter contemnéntes Deum, in gehénnam pro peccátis incidunt? & vitam ætérnam quæ timéntibus Deum præparáta est, ánimo suo semper revólvat. Et custódiens se omni horâ à peccátis & vítiis, id est cogitatiónum, linguæ, oculórum, mánuum, pedum, vel voluntátis própriæ? sed & desidéria carnis amputáre festínet. Æstimet se homo de cœlis semper à Deo réspici omni horâ? & facta sua in omni loco ab aspéctu Divinitátis vidéri: * & ab Angelis Deo omni horâ renunciári. Demónstrat nobis hoc Prophéta, cùm in cogitatió-

nibus noſtris ita Deum ſemper præſéntem oſténdit, dicens. *Scrutans corda & renes Deus.* Et íterùm. *Dóminus novit cogitatiónes hóminum, quóniam vanæ ſunt.* Et item dicit. *Intellexiſti cogitatiónes meas à longè.* Et, *Quia cogitátio hóminis confitébitur tibi.* Nam ut ſollícitus ſit circa cogitatiónes ſuas pervérſas ℣ dicat ſemper húmilis frater in corde ſuo. *Tunc ero immaculátus coram eo:* * *ſi obſervávero me ab iniquitáte mea.* Voluntátem vero própriam ita fácere prohibémur ℣ cùm dicit Scriptúra nobis. *Et à voluntátibus tuis avérte-re.* Et íterùm. *Rogámus Deum in oratióne, ut fiat illíus volúntas in nobis.* Docémur ergo méritò non fácere noſtram voluntátem: * cùm cavémus illud, quod dicit ſancta Scriptúra. *Sunt viæ quæ vidéntur homínibus rectæ:* * *quarum finis uſque ad profúndum inférni demérgit.* Et cùm item cavémus illud, quod de negligéntibus dictum eſt. *Corrúpti ſunt, & abominábiles facti ſunt in voluptátibus ſuis.* In deſidériis verò carnis ita nobis Deum credámus ſemper eſſe præſéntem: * cùm dicit Prophéta Dómino. *Ante te eſt omne deſidérium meum.* Cavéndum ergo ídeò malum deſidérium: * *quia mors ſecus introítum delectatiónis póſita eſt.* Unde Scriptúra præcipit, dicens. *Poſt concupiſcéntias tuas non eas.* Ergo ſi óculi Dómini ſpeculántur bonos & malos ℣ & Dóminus de cœlo ſemper réſpicit ſuper fílios hóminum, ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum ℣

& ſi ab Angelis nobis deputátis die noctúque Dómino factóri noſtro ópera noſtra nunciántur ? cavéndum eſt omni horâ, Fratres, ſicut dicit in Pſalmo Prophéta: * ne nos declinántes in malum, & inútiles factos, áliquâ horâ aſpíciat Deus, & parcéndo nobis in hoc témpore ? (quia pius eſt, & expéctat nos convérti in mélius: *) dicat nobis in futúro. *Hæc fecíſti & tácui.* Tu autem Dómine, &c.

5. *Aprilis.* 8. *Julii.* 10. *Octob.* 12. *Januar.*

SECUNDUS humilitátis gradus eſt: * ſi propriam quis non amans voluntátem, deſidéria ſua non delectétur implére ? ſed vocem illam Dómini factis imitétur dicéntis. *Non veni fácere voluntátem meam: * ſed ejus qui miſit me.* Item dicit Scriptúra. *Volúntas habet pœnam: * & necéſſitas parit corónam.* Tu autem Dómine ? miſerére nobis. ℟. Deo grátias.

6. *Aprilis.* 9. *Julii.* 11. *Octobris.* 13. *Januarii.*

TERTIUS humilitátis gradus eſt: * ut quis pro Dei amóre, omni obediéntiâ ſe ſubdat majóri ? ímitans Dóminum, de quo dicit Apóſtolus. *Factus eſt obédiens uſque ad mortem.* Tu autem, &c.

7. *Aprilis.* 10. *Julii.* 12. *Octobris.* 14. *Januarii.*

QUARTUS humilitátis gradus eſt: * ſi in ipsâ obediéntiâ duris & contráriis rebus vel etiam quibúſlibet irrogátis injúriis, tácitâ

conſciéntiâ patiéntiam amplectátur :* & ſúſtinens, non laſſeſcat vel diſcédat, dicénte Scriptúra. *Qui perſeveráverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Item. *Confortétur cor tuum, & ſúſtine Dóminum.* Et oſténdens fidélem pro Dómino univérſa étiam contrária ſuſtinére debére ℣ dicit ex perſónâ étiam ſufferéntium. *Propter te morte tota die affícimur:* * *æſtimáti ſumus ut oves occiſiónis.* Et ſecúri de ſpe retributiónis divínæ, ſubſequántur gaudéntes, & dicéntes. *Sed in his ómnibus ſuperámus, propter eum qui diléxit nos.* Et item álio loco Scriptúra. *Probáſti nos, inquit, Deus :* * *igne nos examinásti, ſicut igne examinátur argéntum. Induxíſti nos in láqueum :* * *poſuíſti tribulatiónes in dorſo noſtro.* Et ut oſténdat ſub Prióre debére nos eſſe ℣ ſubſequitur, dicens. *Impoſuíſti hómines ſuper cápita noſtra.* Sed & præceptum Dómini in advérſis & in injúriis, per patiéntiam adimplétes ℣ percúſſi in maxíllam, præbent & áliam :* auferénti túnicam, dimíttunt & pállium ℣ angariánti milliário, vadunt & duo :* cum Paulo Apóſtolo falſos fratres ſúſtinent, & perſecutiónem ℣ & maledicéntes ſe, benedícunt. Tu autem Dómine, &c.

8. *Aprilis.* 11. *Julii.* 13. *Octobris.* 15. *Januarii.*

QUINTUS humilitátis gradus eſt :* omnes cogitatiónes malas cordi ſuo adveniéntes, vel mala à ſe abſcónsè commíſſa, per húmilem confeſſiónem Abbáti non celáve-

rit ſuo. Hortátur nos de hac re Scriptúra, dicens. *Revéla Dómino viam tuam:* * *& ſpera in eo.* Et item dicit. *Confitémini Dómino quóniam bonus:* * *quóniam in ſæculum miſericórdia ejus.* Et item Prophéta. *Délictum meum cógnitum tibi feci:* * *& injuſtítias meas non opérui. Dixi, pronunciábo advérſum me injuſtítias meas Dómino:* * *& tu remisísti impietátem cordis mei.* Tu autem Dómine, &c.

9. Aprilis. 12. Julii. 14. Octob. 16. Januar.

SEXTUS humilitátis gradus eſt: * ſi omni vilitáte vel extremitáte conténtus ſit Mónachus: * & ad ómnia quæ ſibi injungúntur, velut operárium malum & indígnum ſe júdicet ℣ dicens cum Prophéta. *Ad nihilum redáctus ſum, & neſcívi:* * *ut jumémtum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* Tu autem Dómine ℣ miserére nobis. ℟. Deo grátias.

10 *Aprilis.* 13. *Julii.* 15. *Octobris.* 17. *Januarii.*

SEPTIMUS humilitátis gradus eſt: * ſi ómnibus ſe inferiórem & viliórem, non ſolùm ſua lingua pronúnciet ℣ ſed étiam íntimo cordis credat affécu: * humílians ſe, & dicens cum Prophéta. *Ego autem ſum vermis, & non homo:* * *oppróbrium hóminum, & abjéctio plebis ℣ exaltátus ſum, & humiliátus, & confúſus.* Et item. *Bonum mihi, quòd humiliáſti me:* * *ut diſcam mandáta tua.* Tu autem Dómine ℣ miserére nobis. ℟. Deo grátias.

11. *Aprilis.* 14. *Julii.* 16. *Octob.* 18. *Januar.*

OCTAVUS humilitátis gradus est: * si nihil agat Mónachus, nisi quod commúnis Monastérii régula ℣ vel majórum cohortántur exémpla. Tu autem Dómine, &c.

12. *Aprilis.* 15. *Julii.* 17. *Octob.* 19. *Januar.*

NONUS humilitátis gradus est: * si linguam ad loquéndum prohíbeat Mónachus ℣ & taciturnitátem habens usque ad interrogatiónem, non loquátur: * monstránte Scriptúra. *Quia in multilóquio non effúgies peccátum:* * *& quia vir linguósus non dirigétur super terram.* Tu autem, &c.

13. *Aprilis.* 16. *Julii.* 18. *Octob.* 20. *Januar.*

DECIMUS humilitátis gradus est: * si non sit fácilis ac promptus in risu ℣ quia scriptum est. *Stultus in risu exáltat vocem suam.* Tu autem Dómine, &c.

14. *Aprilis.* 17. *Julii.* 19. *Octobris.* 21. *Januarii.*

UNDECIMUS humilitátis gradus est: * si cùm lóquitur Mónachus, léniter & sine risu, humíliter cum gravitáte, vel pauca verba & rationabília loquátur ℣ & non sit clamósus in voce: * sicut scriptum est. *Sápiens verbis innotéscit paucis.* Tu autem Dómine ℣ miserére nobis. ℟. Deo grátias.

15. *Aprilis.* 18. *Junii.* 20. *Octobris.* 22. *Januar.*

DUODECIMUS humilitátis gradus est: * si non solùm corde Mónachus ℣ sed étiam córpore humilitátem vidéntibus se, semper índicet: * id est, in ópere, in Oratório, in Monastério, in horto, in viâ, in agro, vel ubicúmque sedens, ámbulans, vel stans, inclináto sit semper cápite, defíxis in terram aspéctibus ℣ reum se omni hora de peccátis suis exístimans, jam se treméndo judício Dei præsentári existimet: * dicens sibi in corde semper illud, quod Publicánus ille Evangélicus, fixis in terram óculis, dixit. *Dómine non sum dignus, ego peccátor, leváre óculos meos ad cælum.* Et íterùm cum Prophétâ. *Incurvátus & humiliátus sum usquequáque.* Ergo his ómnibus humilitátis grádibus ascénsis, Mónachus mox ad charitátem Dei pervéniet illam, quæ perfécta foras mittit timórem: * per quam univérsa, quæ priùs non sine formídine obsérvabat ℣ absque ullo labóre velut naturáliter ex consuetúdine incípiet custodíre: * non jam timóre gehénnæ, sed amóre Christi & consuetúdine ipsa bona & delectatióne virtútum ℣ quæ Dóminus jam in operário suo mundo à vítiis & peccátis, Spíritu Sancto dignábitur demonstráre. Tu autem Dómine ℣ miserére nobis. ℟. Deo grátias.

16. *Aprilis.* 19. *Julii.* 21. *Octobris.*

De Divínis Officiis.

HIEMIS témpore, id est, à Caléndis Novémbris usque ad Pascha: * juxta consideratiónem ratiónis, Octavâ horâ noctis surgéndum est; ut módicè ámpliùs de médiâ nocte pausétur ℣ & jam digésti surgant. Quod verò restat post Vigílias, à frátribus qui Psaltérii vel lectiónum áliquid índigent, meditatióni inserviátur. A Pascha autem usque ad supràdictas Caléndas Novémbris: * sic temperétur hora Vigiliárum agénda ℣ ut parvíssimo intervállo, quo Fratres ad necessária natúræ éxeant custodíto: * mox Matutíni, qui incipiénte luce agéndi sunt, subsequántur. Tu autem Dómine, &c.

17. *Aprilis.* 20. *Julii.* 22. *Octobris.*

Quot Psalmi dicéndi sint in nocturnis horis.

HIEMIS témpore, præmísso in primis versu ℣ *Deus in adjutórium meum inténde, Dómine ad adjuvándum me festína* ℟ in secúndo dicéndum est: * *Dómine lábia mea apéries, & os meum annunciábit laudem tuam.* Cui subjungéndus est tértius Psalmus: * & *Glória.* Post hunc Psalmus nonagésimus quartus, cum Antíphonâ: * aut certè decantándus. Inde sequátur Ambrosianum: * deínde sex Psalmi cum

Antíphonis. Quibus dictis ℣ dicto Versu, benedícat Abbas. Et sedéntibus ómnibus in scamnis legántur vicíssim à Frátribus in códice super analógium tres Lectiónes: * inter quas & tria Responsória canántur. Duo Responsória sine *Glória* dicántur: * post tértiam vero Lectiónem, qui cantat, dicat *Glória*. Quam dum íncipit Cantor dícere ℣ mox omnes de sedílibus súis surgant: * ob honórem & reveréntiam Sanctæ Trinitátis. Códices autem legántur in vigíliis tam veteris Testaménti, quàm novi divínæ authoritátis: * sed & expositiónes eárum, quæ à nominatíssimis Doctoribus orthodóxis, & Cathólicis Pátribus factæ sunt. Post has vero tres Lectiónes cum Responsóriis suis ℣ sequántur réliqui sex Psalmi cum *Allelúia* canéndi. Post hoc Léctio Apóstoli sequátur ex corde recitánda ℣ & versus & supplicátio Litániæ, id est, *Kyrie eléyson*: & sic finiántur Vigíliæ noctúrnæ. Tu autem Dómine, &c.

18. *Aprilis.* 21. *Julii.* 23. *Octobris.*

Quáliter Æstátis témpore agátur noctúrna laus.

A PASCHA autem usque ad Caléndas Novémbris ℣ omnis (ut supra dictum est) psalmódiæ quántitas teneátur: * excépto, quòd Lectiónes in códice, propter brevitátem nóctium, mínimè legántur ℣ sed pro ipsis tribus

lectiónibus, una de véteri Testaménto memóriter dicátur ℣ quam breve Responsórium, subsequátur. Et réliqua ómnia, ut dictum est, impleántur: * id est, ut numquam minus à duódecim Psalmórum quantitáte, ad Vigílias nocturnas dicátur ℣ excéptis tértio & nonagésimo quarto Psalmo. Tu autem, &c.

19. Aprilis. 22. Julii. 24. Octobris.

Quáliter Domínicis diébus Vigíliæ agántur.

DOMINICO die tempériùs surgátur ad Vigílias. In quibus Vigíliis teneátur mensúra: * id est, modulátis, ut supra dispósuimus, sex Psálmis, & versu ℣ residéntibus cunctis dispósitè, & per órdinem in subsélliis, legántur in códice, ut supra díximus, quátuor Lectiónes cum Responsóriis suis. Ubi tantùm in quarto Responsório dicátur à cantánte, *Glória*: quam dum íncipit, mox omnes cum reveréntia surgant. Post quas Lectiónes, sequántur ex órdine álii sex Psálmi cum Antíphonis sicut anterióres: * & Versu. Post quos íterùm legántur áliæ quátuor Lectiónes cum Responsóriis suis: * órdine quo suprà. Post quos íterùm dicántur tria Cántica de Prophétis, quæ instituérit Abbas: * quæ Cantica cum *Allelúia* psallántur. Dicto étiam Versu, & benedicénte Abbáte ℣ legántur áliæ quátuor Lectiónes de novo Testa-

mento: * órdine quo supra. Post quartum autem Responsórium, incípiat Abbas Hymnum, *Te Deum laudámus.* Quo perdícto ℣ legat Abbas Lectiónem de Evangélio: * cum honóre & tremóre stántibus ómnibus: * quâ perléctâ respóndeant omnes, *Amen.* Et subsequátur mox Abbas Hymnum, *Te decet laus.* Et datâ benedictióne: * incípiant Matutínos. Qui ordo Vigiliárum, omni témpore, tam æstátis quàm hiémis æquáliter in die Domínico teneátur: * nisi fortè (quod abíit) tárdiùs surgant ℣ & áliquid de Lectiónibus breviándum est aut Responsóriis: * quod tamen ómnino caveátur, ne provéniat ℣ Quod si contígerit, dignè inde satisfáciat Deo in Oratório, per cujus evénerit neglectum. Tu autem, &c.

20. *Aprilis.* 23. *Julii.* 25. *Octobris.*

Quómodo Matutinórum solémnitas agatur.

IN Matutínis Domínico die in primis dicátur sexagésimus sextus Psalmus sine Antíphona in diréctum. Post quem dicátur quinquagésimus cum *Allelúia.* Post quem dicátur centésimus séptimus décimus: * & sexagésimus secúndus. Inde benedictiónes & laudes: * léctio una de Apocalypsi ex corde ℣ & Responsórium, & Ambrosiánum: * Versus, Cánticum de Evangélio, Litánia, & completum est. Tu autem, &c.

21. *Aprilis.* 24. *Julii.* 26. *Octobris.*

Quáliter privátis diébus Matutíni agántur.

DIEBUS autem privátis Matutinórum sólémnitas ita agátur ℣ ut sexagésimus sextus Psalmus dicátur sine Antíphonâ, subtrahéndo módicé sicut in Domínicâ : * ut omnes occúrrant ad quinquagésimum, qui cum Antíphonâ dicátur. Post quem álii duo Psalmi dicántur secúndùm consuetúdinem : * id est, Secúndâ fériâ quintus, & tricésimus quintus ℣ Tértiâ fériâ, quadragésimus secúndus, & quinquagésimus sextus : * Quartâ fériâ, sexagésimus tértius, & sexagésimus quartus ℣ Quintâ fériâ, octogésimus séptimus, & octogésimus nonus : * Sextâ fériâ, septuagésimus quintus, & nonagésimus primus ℣ Sábbato autem, centésimus quadragésimus secúndus, & Cánticum Deuteronómii : * quod dividátur in duas *Glórias*. Nam cæteris diébus Cánticum unum quodque die suo ex Prophétis : * sicut psallit Eccléſia Romána, dicátur. Post hæc sequántur Laudes : * deindè léctio una Apóstoli memóriter recitánda ℣ Responsórium, Ambrosiánum, Versus, Cánticum de Evangélio, Litánia : * & complétum est. Planè agénda Matutína vel vespertína non tránseat aliquándo nisi in último órdine Orátio Domínica, ómnibus audiéntibus, dicátur à

Priore: * propter scandalórum spinas, quæ oríri solent in Monastério: ut convénti per ipsíus Oratiónis sponsiónem, quâ dicunt, *Dimítte nobis débita nostra, sicut & nos dimíttimus debitóribus nostris:* * purgent se ab hujúsmodi vítio. Cæteris verò agéndis, última pars ejus Oratiónis dicátur: * ut ab ómnibus respondeátur, *Sed líbera nos à malo.* Tu autem, &c.

22. *Aprilis.* 25. *Julii.* 27. *Octobris.*

Quáliter in Natálibus Sanctórum agántur Vigíliæ.

IN Sanctórum verò festivitátibus, vel ómnibus solemnitátibus, sicut díximus Domínico die agéndum, ita agátur: * excépto quod Psalmi aut Antíphonæ vel Lectiónes, ad ipsum diem pertinéntes, dicántur. Modus autem supra scriptus teneátur. Tu autem, &c.

23. *Aprilis.* 26. *Julii.* 28. *Octobris.*

Quibus tempóribus dicátur *Allelúia.*

A Sancto Pascha usque ad Pentecósten, sine intermissióne dicátur *Allelúia:* * tam in Psalmis, quám in Responsóriis. A Pentecóste autem usque ad caput Quadragésimæ, ómnibus nóctibus cum sex posteriôribus Psalmis tantum ad nocturnos dicátur: * omni verò Domínica extra Quadragésimam, Cántica, Matutíni, Pri-

ma, Tértia, Sexta, Nonáque, cum *Allelúia* dicántur: * Véspera vero, cum Antíphonâ. Responsória verò numquam dicántur cum *Allelúia*: * nisi à Paschа usque ad Pentecóſten. Tu autem Dómine, &c.

24. *Aprilis.* 27. *Julii.* 29. *Octobris.*

Quáliter divína ópera per diem agántur.

UT ait Prophéta: * *Sépties in die laudem dixi tibi.* Qui septenárius sacrátus número, à nobis sic implébitur: si Matutínæ, Primæ, Tértiæ, Sextæ, Nonæ, Véſperæ, Completoriíque témpore, noſtræ ſervitútis officia perſolvámus: * quia de his Horis diúrnis dixit Prophéta. *Sépties in die laudem dixi tibi.* Nam de noctúrnis Vigíliis idem ipſe Prophéta ait. *Médiâ nocte ſurgébam ad confiténdum tibi.* Ergo his tempóribus referámus laudes Creatóri noſtro ſuper judícia juſtítiæ ſuæ: * id eſt, Matutínis, Primâ, Tértiâ, Sextâ, Nonâ, Véſpera, Completório, & nocte ſurgámus ad confiténdum ei. Tu autem Dómine, &c.

25. *Aprilis.* 28. *Julii.* 30. *Octobris.*

Quanti Pſalmi per eáſdem horas canéndi ſunt.

JAM de Noctúrnis vel Matutínis digéſſimus órdinem pſalmódiæ: nunc de ſequéntibus Horis

Horis videámus. Primâ Horâ dicántur Psalmi tres, singulátim: * & non sub una *Glória*. Hymnus ejúsdem Horæ, post Versum; *Deus in adjutórium meum inténde*: * ántequàm Psalmi incipiántur. Post expletiónem verò trium Psalmórum, recitétur Lectio una ℣ Versus, & *Kyrie eléison*: * & missæ sint. Tértia verò, Sexta & Nona, eôdem órdine celebrántur: * orátio, id est, Versus ℣ Hymni earúmdem Horárum; terni Psalmi, Lectio, versus, *Kyrie eléison*: * & missæ sint. Si major congregátio fúerit ℣ cum Antíphonis: * si vero minor ℣ in directum psallántur. Vespertína autem synaxis, quátuor Psalmis cum Antíphonis terminétur ℣ post quos Psalmos Apóstoli léctio recitánda est: * inde Responsórium ℣ Ambrosiánum, Versus, Cánticum de Evangélio, Litania, & Oratio Domínica: * & fiant missæ. Completórium autem trium Psalmórum dictióne terminétur. Qui Psalmi directáneè sine Antíphona dicéndi sunt: * post quos Hymnus ejúsdem Horæ ℣ lectio una, Versus, *Kyrie eléison*; benedíctio: * & pòst missæ fiant. Tu autem, &c.

26. Aprilis. 29. Julii. 31. Octobris.

Quo órdine Psalmi dicéndi sunt.

IN primis semper diúrnis horis dicátur Versus, *Deus in adjutórium meum inténde, Dómine ad adjuvándum me festína*: * & *Glória*. Indè Hymnus uniuscujúsque Horæ. Deínde Primâ horâ, Domínicâ, dicénda quátuor capitúla Psal-

mi centésimi octavidécimi dicantur: * Réliquis vero horis, id est, Tértiâ, Sextâ, & Nonâ, terna capítula suprâscripti Psalmi centésimi octavidécimi dicántur. Ad Primam autem secúndæ fériæ, dicántur tres Psalmi: id est, primus, secúndus & sextus: * & ita per síngulos dies ad Primam, usque ad Domínicam: dicántur per órdinem terni Psalmi, usque ad nonumdécimum Psalmum. Ita sanè, ut nonus Psalmus & septimusdécimus dividántur in binas *Glorias*: * Et sic fiat ut ad Vigílias Domínica semper à vicésimo incipiátur. Ad Tértiam vero, Sextam & Nonam secúndæ fériæ: novem capítula, quæ résidua sunt de centésimo décimo octávo Psalmo: * ipsa terna per eásdem Horas dicántur. Expénso ígitur Psalmo centésimo octávo décimo duóbus diébus: id est, Domínicâ & secúndâ fériâ: * tértiâ fériâ jam ad Tértiam, Sextam, vel Nonam psallántur terni Psalmi, à centésimo nono décimo usque ad centésimum vicésimum séptimum: id est, Psalmi novem. Quique Psalmi semper usque ad Domínicam per eásdem Horas ítidem repetántur: * Hymnórum nihilóminus, Lectiónum, vel Vérsuum dispositióne unifórmi, cunctis diébus servátâ: Et ita scílicet, ut semper Domínicâ à centésimo octávo décimo incipiátur. Vespera autem quotidiè quátuor Psalmórum modulatióne canátur. Qui Psalmi incipiántur à centésimo nono usque ad centésimum quadragésimum séptimum: * excéptis his, qui in divérsis Horis ex eis sequestrán-

tur ; id est à centésimo septimodécimo, usque ad centésimum vicesimumséptimum : * & centésimo tricesimotértio, & centésimo quadragésimo secúndo ; Réliqui omnes in Vésperа dicéndi sunt. Et quia minùs véniunt tres Psalmi ; ideo dividéndi sunt qui in número supráscripto fortióres inveniúntur : * id est, centésimus tricésimus octávus, & centésimus quadragesimus-tértius, & centésimus quadragésimus quartus. Centésimus verò sextus décimus, quia parvus est : * cum centésimo quintodécimo conjungátur. Digésto ergo órdine Psalmórum Vespertinórum ; réliqua, id est, Lectiónes, Responsória, Hymni, Versus, vel Cántica : * sicut suprà taxávimus, impleántur. Ad Completórium verò iidem Psalmi repetántur quotídiè : * id est, quartus, nonagésimus, & centésimus trigesimus-tértius. Dispósito órdine psalmódiæ diúrnæ ; réliqui omnes Psalmi qui supérsunt æquáliter dividántur in septem nóctium Vigíliis : * partiéndo scílicet qui inter eos prolixióres sunt Psalmi ; & duódecim per unamquámque constituántur noctem. Hoc præcípuè commonéntes ; ut si cui fortè hæc distribútio Psalmórum displicúerit, órdinet, si méliùs áliter judicáverit : * dum omnímodis id attendátur, ut omni hebdómadâ Psaltérium ex íntegro, número centum quinquagínta Psalmórum psallátur. Et Domínico die semper à cápite repetátur ad Vigílias ; quia nimis iners devotiónis suæ servítium osténdunt Mónachi, qui minùs Psaltério cum Cánticis con-

ſuetudináriis per ſeptimánæ círculum pſallunt:* cùm legámus Sanctos Patres noſtros uno die hoc ſtrénuè implevíſſe? quod nos tépidi útinam ſeptimánâ íntegrâ perſolvámus. Tu autem, &c.

27. *Aprilis.* 30. *Julii.* 1. *Novemb.* 23. *Januarii.*

De diſciplína pſalléndi.

UBIQUE crédimus divínam eſſe præſéntiam :* & óculos Dómini in omni loco ſpeculári bonos & malos. Máximè tamen hoc ſine áliqua dubitatióne credámus:* cùm ad opus divínum aſsíſtimus. Ideo ſemper memóres ſimus quod ait Prophéta. *Servíte Dómino in timóre.* Et iterùm. *Pſállite ſapiénter.* Et, *In conſpéctu Angelorum pſallam tibi.* Ergo conſiderémus, quáliter opórteat nos in conſpéctu divinitátis & Angelórum ejus eſſe:* & ſic ſtemus ad pſalléndum, ut mens noſtra concórdet voci noſtræ. Tu autem, &c.

28. *Aprilis.* 21. *Julii.* 2. *Novemb.* 24. *Januar.*

De reveréntia Oratiónis.

SI cùm homínibus poténtibus vólumus áliqua ſuggérere, non præſúmimus niſi cum humilitáte & reveréntiâ? quantò magis Dómino Deo univerſórum, cum omni humilitáte, & puritátis devotióne ſupplicándum eſt? Et non in multilóquio, ſed in puritáte cordis, & compunctióne lachrymárum nos exaúdiri

sciámus. Et ídeò brevis debet esse & pura orátio: * nisi fortè ex affectu inspiratióni divínæ grátiæ protendátur. In Convéntu tamen, omnínò breviétur orátio: * & facto signo à Priore, omnes páriter surgant. Tu autem, &c.

29. *Aprilis.* 1. *Augusti.* 3. *Novemb.* 25. *Januar.*

De Decánis Monastérii.

SI major fúerit Congregátio ℣ eligántur de ipsis Fratres boni testimónii & sanctæ conversatiónis, & constituántur Decáni: * qui sollicitúdinem gerant super Decánias suas in ómnibus ℣ secúndùm mandáta Dei, & præcépta Abbátis sui. Qui Decáni, tales eligántur: * quibus secúrus Abbas partiátur ónera sua. Et non eligántur per órdinem: * sed secúndùm vitæ méritum, & sapiéntiæ doctrínam. Quòd si quis ex eis áliquâ fortè inflátus súpérbiâ repértus fúerit reprehensíbilis ℣ corréptus semel, & íterùm, & tértiò si emendáre nolúerit, dejiciátur: * & alter in loco ejus, qui dignus est, subrogétur. Et de Præpósito eadem constitúimus. Tu autem, &c.

30. *Aprilis.* 2. *Augusti.* 4. *Novemb.* 26. *Januar.*

Quómodo dórmiant Mónachi.

SINGULI per síngulos lectos dórmiant: * Lectistérnia pro modo conversatiónis, secúndùm dispensatiónem Abbátis sui sínguli accípiant. Si potest fieri, omnes in uno loco

dórmiant: * si autem multitúdo non finit ℣ deni, aut vicéni cum Senióribus suis: * qui super eos sollíciti sint, pausent. Candéla júgiter in eádem cellâ árdeat usque manè. Véstiti dórmiant, & cincti cíngulis aut fúnibus: * & cultéllos ad latus non hábeant dum dórmiunt ℣ ne fortè per somnum vulneréntur dormiéntes. Et ut paráti sint Mónachi semper ℣ & facto signo absque mora surgéntes, festínent ínvicem se prævenire ad Opus Dei: * cum omni tamen gravitâte, & modéstiâ. Adolescentióres Fratres juxta se non hábeant lectos: * sed permíxti cum senióribus. Surgéntes verò ad opus Dei ínvicem se moderátè cohorténtur: * propter somnolentórum excusatiónes. Tu autem, &c.

1. *Maii.* 3. *Augusti.* 5. *Novemb.* 27. *Januarii.*

De excommunicatióne culpárum.

SI quis Frater cóntumax, aut inobédiens, aut supérbus, aut mûrmurans, vel in áliquo contrárius exístens sanctæ Régulæ, & præcéptis Seniórum suórum contémptor repértus fúerit ℣ hic secúndùm Dómini nostri præcéptum admoneátur semel, & secúndò secrétè à Senióribus suis. Si non emendáverit ℣ objurgétur públicè coram ómnibus. Si verò neque sic corréxerit ℣ si intélligit qualis pœna sit, excommunicatióni subjáceat: * Si autem ímprobus est, vindictæ corporáli subdátur.

2. *Maii.* 4. *Augusti.* 6. *Novemb.* 28. *Januar.*

Qualis débeat esse modus excommunicatiónis.

SECUNDUM modum culpæ excommunicatiónis vel disciplínæ debet exténdi mensúra:* qui culpárum modus in Abbátis péndeat judício. Si quis tamen Frater in levióribus culpis invenítur ? tantùm à mensæ participatióne privétur. Priváti autem à mensæ consórtio, ista erit ratio: * ut in Oratório Psalmum, aut Antíphonam non impónat, neque lectiónem récitet ? usque ad satisfactiónem. Refectiónem autem cibi, post Fratrum refectiónem accípiat, mensúrâ vel horâ quâ prævíderit Abbas ei compétere:* Ut si verbi grátia, Fratres reficiunt sextâ horâ, ille Frater Nonâ ? si Fratres Nonâ, ille Vespertínâ:* usque dum satisfactióne cóngruâ véniam consequátur. Tu autem Dómine, &c.

3. *Maii.* 5. *Augusti.* 7. *Novemb.* 29. *Januar.*

De gravióribus culpis.

IS Frater qui gravióris culpæ noxâ tenétur ? suspendátur à mensa simul & ab Oratório. Nullus ei Fratrum in ullo jungátur consórtio, neque in colló quio. Solus sit ad opus sibi injúnctum, persístens in pœniténtiæ luctu:* sciens

illam terríbilem Apóstoli sententiam dicéntis. *Tráditum hujúsmodi hóminem Sáthanæ in intéritum carnis:* * *ut spíritus salvus sit in die Dómini.* Cibi autem refectiónem solus percípiat: * mensúrâ vel horâ quâ prævidérit Abbas ei compétere. Nec à quoquam benedicatur transeúnte: * nec cibus qui ei datur. Tu autem, &c.

4. *Maii.* 6. *Augusti.* 8. *Novemb.* 30. *Januar.*

De iis qui sine jussióne Abbátis jungúntur excommunicátis.

SI quis Frater præsúmpserit sine jussióne Abbátis, Fratri excommunicáto, quólibet modo se júngere, aut loqui cum eo? vel mandátum ei dirígere: * símilem sortiátur excommunicatiónis vindictam. Tu autem, &c.

5. *Maii.* 7. *Augusti.* 9. *Novemb.* 31. *Januar.*

Quáliter débeat esse sollícitus Abbas circa excommunicátos.

OMNI sollicitúdine curam gerat Abbas circa delinquéntes Fratres: * quia non est opus sanis Médicus? sed malè habéntibus. Et ideò uti debet omni modo, ut sapiens Médicus immíttere quasi occúltos consolatóres Senípetas? id est, Senióres sapiéntes Fratres: * qui quasi secrétè consoléntur Fratrem fluctuán-

tem ℣ & próvocent eum ad humilitátis satisfactiónem ℣ Et consoléntur eum ne abundantióri tristítiâ absorbeátur: * sed sicut ait Apóstolus, *Confirmétur in eo cháritas ℣ & orétur pro eo ab ómnibus.* Magnópere enim debet sollícitúdinem gérere Abbas circa delinquéntes Fratres: * & omni sagacitáte & indústriâ curáre, ne áliquam de óvibus sibi créditis perdat. Novérit enim se infirmárum curam suscepísse animárum ℣ non super sanas tyránnidem: * & métuat Prophétæ comminatiónem, per quem dicit Deus. *Quod crassum videbátis, assumebátis: * & quod débile erat projiciebátis.* Et pastóris boni pium imitétur exémplum: * qui relíctis nonagínta novem óvibus in móntibus, ábiit unam ovem quæ erravérat, quærere ℣ cujus infirmitáti in tantum compassus est: ut eam in sacris húmeris suis dignarétur impónere, & sic reportáre ad gregem. Tu autem, &c.

6. Maii. 8. Augusti. 10. Novemb. 1. Februar.

De iis qui sæpius corrécti non emendántur.

SI quis Frater frequénter corréptus pro quálibet culpa ℣ si étiam excommunicátus non emendáverit ℣ acrior ei accédat corréctio: * id est, ut vérberum vindícta in eum procédat. Quòd si nec ita se corréxerit ℣ aut fortè (quod abs̃it) in supérbiam elátus étiam defénderę

volûerit ópera ſua: *tunc Abbas fáciat quod ſápiens Médicus. Si exhíbuit foménta ? ſi unguénta adhortatiónum ? ſi medicámina Scripturárum divinárum ? ſi ad últimum uſtiónem excommunicatiónis, vel plagas virgárum ? & jam ſi víderit nihil ſuam prævalére indúſtriam ? adhíbeat étiam (quod majus eſt) ſuam & ómnium Fratrum pro eo oratiónem:* ut Dóminus qui ómnia poteſt, operétur ſalútem circa infírmum Fratrem. Quòd ſi nec iſto modo ſanátus fúerit ? tunc jam utátur Abbas ferro abſciſſiónis: *ut ait Apóſtolus. *Auferte malum ex vobis.* Et iterùm. *Infidélis ſi diſcédit, diſcédat: ne una ovis mórbida omnem gregem contáminet.* Tu autem Dómine, &c.

7. Maii. 9. Auguſti. 11. Novemb. 2. Februar.

Si débeant íterùm récipi Fratres exeúntes de Monaſtério.

FRATER qui próprio vítio egréditur, aut projícitur de Monaſtério ? ſi revérti volúerit, ſpóndeat priùs omnem emendatiónem vítii pro quo egréſſus eſt: & ſic in último gradu recipiátur ? ut ex hoc ejus humílitas comprobétur. Quòd ſi dénuò exíerit ? uſque tértiò recipiátur: * Jam verò póſteà ſciat omnem ſibi reverſiónis áditum denegári. Tu autem Dómine, &c.

8. *Maii.* 10. *Augusti.* 12. *Novemb.* 3. *Februar.*

De Púeris minóri ætáte, quáliter corripiántur.

OMNIS ætas vel intelléctus próprias debet habére mensúras. Ideóque quóties púeri, vel adolescentióres ætáte, aut qui minùs intellígere possunt quanta pœna sit excommunicatiónis ? hi tales dum delínquunt, aut jejúniis nímiis affligántur: * aut ácribus verbéribus coerceántur, ut sanéntur. Tu autem Dómine, &c.

9. *Maii.* 11. *Augusti.* 13. *Novemb.* 4. *Februar.*

De Cellerário Monastérii qualis sit.

CELLERARIUS Monastérii eligátur de congregatióne sápiens ? matúrus móribus, sóbrius, non multum edax, non elátus, non turbuléntus, non injuriósus, non tardus, non pródigus, sed timens Deum: * qui omni congregatióni sit sicut pater. Curam gerat de ómnibus: * sine jussióne Abbátis nihil fáciat. Quæ jubéntur, custódiat: * Fratres non contríst̃et. Si quis autem Frater ab eo fortè áliquid irrationabíliter póstulat ? non sperném̃do eum contríst̃et: * sed rationabíliter cum humilitáte malè perénti déneget. Animam suam custódiat: * mémor semper íllius Apostólici ?

quia *qui benè minístráverit, gradum bonum sibi acquírit.* Infirmórum, infántium, hóspitum, pauperúmque cum omni sollicitúdine curam gerat: * sciens sine dúbio, quia pro his ómnibus in die judícii ratiónem redditúrus est. Omnia vasa Monastérii cunctámque substántiam: * ac si Altáris vasa sacráta conspíciat. Nihil ducat negligéndum: neque avarítiæ stúdeat neque pródigus sit, aut extirpátor substántiæ Monastérii: * sed ómnia mensurátè fáciat, & secúndùm jussiónem Abbátis. Humilitátem ante ómnia hábeat: * & cui substántia non est quæ tribuátur: sermo responsiónis porrigátur bonus, ut scriptum est. *Sermo bonus super datum óptimum.* Omnia quæ ei injúnxerit Abbas, ipse hábeat sub cura sua: * à quibus eum prohibúerit, non præsúmat. Frátribus constitútam annónam sine áliquo typho vel mora ófferat, ut non scandalizéntur: * memor divíni elóquii, quid mereátur *qui scandalizáverit unum de pusíllis.* Si congregátio major fúerit, solátia ei dentur: * à quibus adjútus, & ipse æquo ánimo impléat offícium sibi commíssum. Horis competéntibus dentur quæ danda sunt, & petántur quæ peténda sunt: * ut nemo perturbétur, nec contristétur in domo Dei. Tu autem Dómine: miserére nobis. ℟. Deo grátias.

10. *Maii.* 12. *Augusti.* 14. *Novemb.* 5. *Februar.*

De Ferraméntis, vel rebus Monastérii.

SUBSTANTIÆ Monastérii in ferraméntis, vel véstibus, seu quibúslibet rebus provídeat Abbas Fratres, de quorum vitâ & móribus secúrus sit: * & eis síngula, ut útile judicáverit, consígnet custodiénda, atque recolligénda. Ex quibus Abbas breve téneat: * ut dum sibi in ipsa assignáta Fratres vicíssim succédunt? sciat quid dat, aut quid recípit. Si quis autem sórdidè aut negligénter res Monastérii tractaverit, corripiátur: * si non emendáverit, disciplínæ regulári subjáceat. Tu autem Dómine, &c.

11. *Maii.* 13. *Augusti.* 15. *Novemb.* 6. *Februar.*

Si quid débeant Mónachi próprium habére.

PRÆCIPUE hoc vítium amputétur de Monastério: ne quis præsúmat áliquid dare aut accípere sine jussióne Abbátis, neque áliquid habére próprium. Nullam omnínò rem: * neque códicem, neque tábulas, neque gráphium, sed nihil omnínò? quippè quibus nec córpora sua, nec voluntátes licet habére in própria potestáte. Omnia verò necessária à Patre Monastérii sperare: * nec quicquam lí-

ceat habére, quod Abbas non dedérit, aut permíserit. Omniáque ómnibus sint commúnia, ut scriptum est: * nec quisquam suum esse áliquid dicat aut præsúmat. Quòd si quisquam hoc nequíssimo vítio deprehénsus fúerit delectári? admoneátur semel, & íterùm: * si non emendáverit correptióni subjáceat. Tu autem Dómine, &c.

12. Maii. 14. Augusti. 16. Novemb. 7. Februar.

Si omnes æquáliter débeant necessária accípere.

SICUT scriptum est: * *dividebátur síngulis, prout cuique opus erat.* Ubi non dícimus, ut personárum (quod absit) accéptio sit: * sed infirmitátum considerátio. Ubi qui minùs índiget, agat Deo grátias, & non contristétur: * qui verò plus índiget, humiliétur pro infirmitáte? & non extollátur pro misericórdia: * & ita ómnia membra erunt in pace. Antè ómnia, ne murmuratiónis malum pro qualicúmque causa, in áliquo qualicúmque verbo, vel significatióne appáreat. Quod si deprehénsus fúerit quis: * districtióri disciplínæ subdátur. Tu autem Dómine? miserére nobis. ℟. Deo grátias.

13. *Maii.* 15. *Augusti.* 17. *Novemb.* 8. *Februar.*

De Septimanáriis coquínæ.

FRATRES sic sibi invícem sérviant, ut nullus excusétur à coquínæ offício: * nisi aut ægritúdine, aut in causa gravis utilitátis quis occupátus fúerit ℣ quia exínde major merces & cháritas acquíritur. Imbecíllibus autem procuréntur solátia, ut non cum tristítia hoc fáciant: * sed hábeant omnes solátia secúndùm modum congregatiónis aut positiónem loci. Si major congregatio fúerit ℣ Cellerárius excusétur à coquína: * vel si qui, ut díximus, majóribus utilitátibus occupántur. Cæteri verò sibi sub charitáte ínvicem sérviant. Egressúrus de septimána, Sábbato mundítias fáciat. Líntea cum quibus sibi Fratres manus aut pedes tergunt, lavet: * Pedes verò tam ipse qui egréditur, quàm ille qui intratúrus est, ómnibus lavent. Vasa ministérii sui munda & sana Cellerário reconsígnent: * Qui Cellerárius item intránti consígnet ℣ ut sciat quid dat, aut quid récipit. Septimanárii autem, ante unam horam refectiónis, accípiant super statútam annónam, síngulos bíberes, & panem: * ut horâ refectiónis sine murmuratióne, & gravi labóre sérviant Frátribus suis. In diébus autem solémnibus usque ad Missas sustíneant. Intrántes & exeúntes hebdomadárii, in Oratório mox Matutínis finitis Domínicâ ℣ ómnium génibus

provolvántur: * postulántes pro se orári. Egredientes autem de septimána dicant hunc versum. *Benedíctus es Dómine Deus, qui adjuvísti me, & consolátus es me.* Quo dicto tértiò, recípiat benedictiónem egrédiens. Subsequátur ingrédiens, & dicat: *Deus in adjutórium meum inténde? Dómine ad adjuvándum me festína.* Et hoc idem tértiò repetátur ab ómnibus. Et accéptâ benedictióne, ingrediátur. Tu autem Dómine, &c.

14. *Maii.* 16 *Augusti.* 18. *Novemb.* 9. *Februar.*

De infírmis Frátribus.

INFIRMORUM cura ante ómnia & super ómnia adhibénda est: * ut sicut revéra Christo; ita eis serviátur? quia ipse dixit: *Infírmus fui, & visitástis me:* * Et, *Quod fecístis uni de his mínimis meis, mihi fecístis.* Sed & ipsi infirmi considerent, in honórem Dei sibi servíri: * & non superfluitáte suâ contrístent Fratres suos servientes sibi. Qui tamen patiénter portándi sunt: * quia de tálibus copiósior merces acquíritur. Ergo cura máxima sit Abbati, ne áliquam negligéntiam patiántur. Quibus Frátribus infírmis sit cella super se deputáta: * & servítor timens Deum, & díligens ac sollícitus. Balneórum usus infirmis quóties expedit offerátur: * Sanis autem, & máximè juvénibus, tárdiùs concedátur. Sed & cárnium esus infírmis, omninóque debílibus pro reparatióne concedátur: *

At

At ubi melioráti fúerint: * à cárnibus more sólito omnes abstíneant. Curam autem máximam hábeat Abbas, ne à Celleráriis aut servitóribus negligántur infirmi: * quia ad ipsum réspicit, quicquid à discípulis delínquitur. Tu autem, &c.

15. *Maii.* 17. *Augusti.* 19. *Novemb.* 10. *Februar.*

De sénibus, vel infántibus.

LICET ipsa natúra humána trahátur ad misericórdiam in his ætátibus, senum vidélicet & infántum ℣ tamen & Régulæ authóritas eis prospíciat. Considerétur semper in eis imbecíllitas ℣ & nullátenus eis distríctio Régulæ teneátur in aliméntis: * sed sit in eis pia considerátio ℣ & prævéniant horas canónicas. Tu autem, &c.

16. *Maii.* 18. *Augusti.* 20. *Novemb.* 11. *Februar.*

De Hebdomadário Lectóre.

MENSIS Fratrum edéntium léctio deésse non debet: * nec fortúito casu qui arripúerit códicem légere áudeat ibi ℣ sed lectúrus totâ hebdómadâ, Domínicâ ingrediátur. Qui ingrediens post Missas & Communiónem, petat ab ómnibus pro se orári: * ut avértat ab eo Deus spíritum elatiónis. Et dicátur hic versus in Oratório tértio ab ómnibus: * ipso tamen incipiénte. *Dómine lábia mea apéries* ℣

& os meum annunciábit laudem tuam. Et sic accépta benedictióne: * ingrediátur ad legéndum. Summúmque fiat silèntium ad mensam: * ut nullíus musitátio, vel vox, nisi solíus legéntis ibi audiátur. Quæ verò necessária sunt comedéntibus & bibéntibus? sic sibi ínvicem miníſtrent Fratres: * ut nullus indígeat pétere áliquid. Si quid tamen opus fúerit? sónitu cujuscúmque signi pótius petátur quàm voce. Nec præsumat ibi áliquis de ipsa lectióne, aut aliúnde quicquam requírere? ne detur occásio malígno: * nisi fortè Prior volúerit pro ædificatióne áliquid bréviter dícere. Frater autem Hebdomadárius accípiat mixtum priúsquam incípiat légere: * propter Communiónem sanctam? & ne fortè grave sit ei jejúnium sustinére. Pósteà autem cum coquínæ hebdomadáriis & servitóribus refíciat. Fratres autem, non per órdinem legant aut cantent: * sed qui ædificent audiéntes. Tu autem, &c.

17. *Maii.* 19. *Augusti.* 21. *Novemb.* 12. *Februar.*

De mensúra cibórum.

SUFFICERE crédimus ad refectiónem quotidiánam tam Sextæ quam Nonæ, ómnibus mensis cocta duo pulmentária? propter diversórum infirmitátes: * ut fortè qui ex uno non póterit édere, ex álio reficiátur. Ergo duo pulmentária cocta Frátribus sufficiant: * & si fúerint inde poma, aut nascéntia legúminum?

addátur & tértium. Panis libra una propensa sufficiat in die: * sive una sit refectio, sive prándii & cœnæ. Quòd si cœnatúri sunt: * de eádem libra tértia pars à Cellerário reservétur, reddénda cœnatúris. Quòd si labor fortè factus fúerit major ℣ in arbítrio, & potestáte Abbátis erit, si expédiat áliquid augére, remótâ præ ómnibus crápulâ: * ut numquam súbrepat Mónacho indigéries ℣ quia nihil sic contrárium est omni Christiáno, quómodo crápula: * sicut ait Dóminus noster. *Vidéte ne gravéntur corda vestra in crápula & ebrietáte.* Púeris verò minóri ætáte, non eádem servétur quántitas ℣ sed minor quam majóribus: * servátâ in ómnibus parcitáte. Cárnium verò quadrúpedum, omnímo ab ómnibus abstinéatur coméstio: * præter omníno débiles & ægrótos. Tu autem Dómine, &c.

18. *Maii.* 20. *Augusti.* 22. *Novemb.* 13. *Februar.*

De mensúra potus.

UNUSQUISQUE próprium habet donum ex Deo ℣ álius sic, álius verò sic: * & ídeò cum áliqua scrupulositáte à nobis mensúra victûs aliórum constitúitur. Tamen infirmórum contuéntes imbecillitátem ℣ crédimus héminam vini per síngulos sufficere per diem: * quibus autem donat Deus tolerántiam abstinéntiæ, própriam se habitúros mercédem sciant. Quòd si, aut loci necéssitas, vel labor, aut

ardor æstátis ámplius popóscerit ? in arbítrio Prióris consístat : * consíderans in ómnibus, ne súbrepat satíetas aut ebríetas ? licet legámus, vinum omníno Monachórum non esse. Sed quia nostris tempóribus id Mónachis persuadéri non potest ? saltem vel hoc consentiámus, ut non usque ad satietátem bibámus, sed parciús : * quia vinum apostatáre facit étiam sapiéntes. Ubi autem loci necéssitas expóscit, ut nec supra scripta mensúra inveníri possit ? sed multò minus, aut ex toto nihil : * benedícant Deum qui ibi hábitant, & non múrmurent. Hoc ante ómnia admonéntes, ut absque murmuratiónibus sint. Tu autem, &c.

19. *Maii.* 21. *Augusti.* 23. *Novemb.* 14. *Februar.*

Quibus horis opórteat refícere Fratres.

A SANCTO Pascha usque ad Pentecósten, ad Sextam refíciant Fratres. * & ad feram cœnent. A Pentecóste autem tota æstáte (si labóres agrórum non habent Mónachi, aut nimíetas æstátis non pertúrbat ?) quartâ & sextâ féria jejúnent usque ad Nonam : * réliquis verò diébus ad Sextam prándeant. Quæ prándii Sexta, si ópera in agris habúerint aut æstátis fervor nímius fúerit, continuánda erit : * & in Abbátis sit providéntia. Et sic ómnia témperet atque dispónat ? quáliter & ánimæ salventur : * & quod fáciunt Fratres, absque ulla murmuratióne fáciant. Ab Idibus autem Se-

ptémbris usque ad caput Quadragésimæ, ad Nonam semper reficiant Fratres: * In Quadragésima verò usque ad Pascha, ad Vésperam reficiant. Ipsa tamen Véspera sic agátur, ut lúmine lucérnæ non indígeant reficiéntes: * sed luce adhuc diéi ómnia consummántur. Sed & omni témpore, sive cœnæ, sive refectiónis ℣ hora sic temperétur, ut cum luce fiant ómnia. Tu autem, &c.

20. *Maii.* 22. *Augusti.* 24. *Novemb.* 15. *Februar.*

Ut post Completórium nemo loquátur.

OMNI témpore, siléntio debent studére Mónachi: * máximè tamen noctúrnis horis. Et ídeò omni témpore, sive jejúnii, sive prándii, si tempus fúerit prándii ℣ mox ut surréxerint à cœna sédeant omnes in unum: * & legat unus Collatiónes, vel Vitas Patrum ℣ aut certè áliquid quod ædíficet audiéntes. Non autem Heptatéucum, aut Regum ℣ quia infírmis intellectibus non erit útile illâ horâ hanc Scriptúram audíre: * áliis verò horis legántur. Si autem jejúnii dies fúerint ℣ dictâ Vésperâ parvo intervállo, mox accédant ad Lectiónem, ut díximus: * & lectis quátuor aut quinque fóliis, vel quantum hora permíttit ℣ ómnibus in unum concurréntibus, per hanc moram Lectiónis. Si quis fortè in assignáto sibi commísso fúerit occupátus ℣ occúrrat. Omnes ergo in unum pósiti, cómpleant: * & exeúntes

à Completório nulla sit licéntia dénuo cuíquam loqui áliquid. Quòd si invéntus fúerit quisquam prævaricári hanc taciturnitátis régulam ℣ gravióri vindíctæ subjáceat: * excépto si necessitas Hóspitum supervénerit, aut fortè Abbas alícui áliquid jússerit. Quod tamen & ipsum cum summa gravitáte & moderatióne honestíssimè fiat. Tu autem, &c.

21. *Maii.* 23. *Augusti.* 25. *Novemb.* 16. *Februar.*

De iis qui ad Opus Dei, vel ad mensam tardè occúrrunt.

AD Horam divíni Offícii mox ut audítum fúerit signum ℣ relíctis ómnibus quælibet fúerint in mánibus, summa cum festinatióne currátur: * cum gravitáte tamen, ut non scurrílitas invéniat fómitem. Ergo nihil Operi Dei præponatur. Quòd si quis ad Noctúrnas Vigílias post *Glóriam* Psalmi nonagésimi quarti (quem propter hoc omníno protrahéndo & morósè vólumus dici) occúrrerit ℣ non stet in órdine suo in Choro, sed últimus ómnium stet: * aut in loco quem tálibus negligéntibus seórsum constitúerit Abbas ℣ ut videátur ab ipso, vel ab ómnibus: * usque dum compléto Opere Dei pública satisfactióne pœníteat. Ideo autem eos in último aut seórsùm judicávimus debére stare: * ut visi ab ómnibus, vel pro ipsa verecúndia sua emendéntur. Nam si foras

Oratórium remáneant ℣ erit fortè talis qui se aut recóllocet & dórmiat, aut certè sedeat foris, vel fábulis vacet, & detur occásio malígno: * sed ingrediátur intrò, ut nec totum perdat, & de réliquo emendétur. Diúrnis autem Horis, qui ad Opus Dei post Versum „& *Glóriam* primi Psalmi, qui post Versum dícitur occúrrerit ℣ lege quâ suprà díximus, in último stet: * nec præsúmat sociári Choro psallántium usque ad satisfactiónem ℣ nisi fortè Abbas licéntiam déderit permissióne sua: * ita tamen, ut satisfáciat reus ex hoc. Ad mensam autem qui ante Versum non occúrrerit, ut simul omnes dicant Versum & orent, & sub uno simul omnes accédant ad mensam ℣ qui per negligéntiam suam aut vítium non occúrrerit, usque ad secúndam vicem pro hoc corripiátur. Si, dénuò non emendáverit ℣ non permittátur ad mensæ commúnis participatiónem: * sed sequestrátus à consórtio ómnium, refíciat solus ℣ sublátâ ei portióne suâ vini: * usque ad satisfactiónem & emendatiónem. Similiter autem patiátur: * qui ad illum Versum non fúerit præsens, qui post cibum dícitur. Nec quisquam præsúmat ante statútam horam, vel pósteà, quicquam cibi vel potûs percípere. Sed & si ei offértur áliquid à Priore, & accípere renúerit ℣ horâ quâ desideráverit, hoc quod priùs recusávit, aut áliud omninò non percípiat: * usque ad emendatiónem cóngruam. Tu autem, &c.

De iis qui excommunicántur, quómodo satisfáciant.

QUI pro gravióri culpa ab Oratório & à mensa excommunicátur ℣ horâ quâ Opus Dei in Oratório celebrátur, ante fores Oratórii prostrátus jáceat, nihil dicens: * nisi tantùm pósito in terram cápite, & prostrátus pronus ómnium de Oratório exeúntium pédibus se projíciat. Et hoc támdiù fáciat usque dum Abbas judicáverit satisfáctum esse. Qui dum jussus ab Abbáte vénerit ℣ provólvat se ipsíus Abbátis pédibus, deínde ómnium vestígiis Fratrum: * ut orent pro eo. Et tunc si jússerit Abbas, recipiátur in Choro vel in órdine quo Abbas decréverit: * ita sanè, ut Psalmum aut Lectiónem vel áliud quid non præsúmat in Oratório impónere ℣ nisi iterùm Abbas júbeat. Et ómnibus Horis dum complétur Opus Dei, projíciat se in terram in loco in quo stat: * & sic satisfáciat, usque dum ei júbeat Abbas, ut quiéscat jam ab hac satisfactióne. Qui verò pro lévibus culpis, excommunicántur tantùm à mensa ℣ in Oratório satisfáciant usque ad jussiónem Abbátis hoc semper fáciant: * usque dum benedícat; & dicat súfficit. Tu autem, &c.

23. *Maii.* 25. *Augusti.* 27. *Novemb.* 18. *Februar.*

De iis qui fallúntur in Oratório.

SI quis dum pronúnciat Psalmum; Responsórium, aut Antíphonam, vel Lectiónem fállitur? nisi cum satisfactióne ibi coram ómnibus humiliátus fúerit, majóri vindíctæ subjáceat: * quippe qui nóluit humilitáte corrígere quod negligéntiâ delíquit. Infántes verò pro tali culpa vápulent. Tu autem, &c.

24. *Maii.* 26. *Augusti.* 28. *Novemb.* 19. *Febr.*

De iis qui in áliis quibúslibet rebus delínquunt.

SI quis dum in labóre quovis, in coquína, in cellário, in ministério, in pistríno, in horto, in arte áliqua dum labórat, vel in quocúmque loco áliquid delíquerit? aut frégerit quíppiam, aut perdíderit, vel áliud quid excéssérit ubi ubi? & non véniens contínuò ante Abbátem vel Congregatiónem, ipse ultrò satisfécerit & prodíderit delíctum suum: * dum per álium cógnitum fúerit, majóri subjáceat emendatióni. Si ánimæ verò peccáti causa latens fúerit? tantùm Abbáti, aut spirituálibus Senióribus patefáciat: * qui sciant curáre sua, & aliéna vúlnera non detégere aut publicáre. Tu autem, &c.

25. *Maii.* 27. *Augusti.* 29. *Novemb.* 20. *Februar.*

De significánda hora Operis Dei.

NUNCIANDA hora Operis Dei, die noctúque sit cura Abbátis, ut ipse núnciet: * aut tali sollícito Fratri injúngat hanc curam: ut ómnia horis competéntibus compleántur. Psalmos autem, vel Antíphonas post Abbátem, órdine suo: * quibus jussum fúerit, impónant. Cantáre autem aut légere non præsúmat, nisi qui potest ipsum offícium implére: * ut ædificéntur audiéntes. Quod cum humilitáte, & gravitáte, & tremóre fáciat: * & cui jússerit Abbas. Tu autem, &c.

26. *Maii.* 28. *Augusti.* 30. *Novemb.* 21. *Februar.*

De ópere mánuum quotidiáno.

OCIOSITAS *inimica est ánimæ.* Et ídeò certis tempóribus occupári debent Fratres in labóre mánuum: * certis íterùm horis in lectióne divína. Ideóque hac dispositióne crédimus utráque témpora ordinári: * id est, ut à Pascha usque ad Kaléndas Octobris manè exeúntes, à prima usque ad horam pene quartam labórent quod necéssarium fúerit. Ab hora autem quarta usque ad horam quasi sextam lectióni vacent. Post Sextam autem surgéntes à mensa, pausent in lectis suis cum omni siléntio: * aut fortè qui volúerit lé-

gere, ſibi ſic legat, ut álium non inquiétet. Et agátur Nona tempériùs, mediánte óctavâ horâ: * & íterùm quod faciéndum eſt operéntur uſque ad véſperum. Si autem necéſſitas loci, aut paupértas exégerit, ut ad fruges colligéndas per ſe occupéntur: non contriſténtur: * quia tunc verè Mónachi ſunt, ſi labóre mánuum ſuárum vivunt, ſicut & Patres noſtri & Apóſtoli. Omnia tamen menſurátè fiant: * propter puſillánimes.

27. *Maii.* 29. *Auguſti.* 1. *Decemb.* 22. *Februar.*

AKALENDIS autem Octobris uſque ad caput Quadragéſimæ: * uſque ad horam ſecúndam plenam lectióni vacent. Horâ ſecúndâ agátur Tértia: * & uſque ad Nonam omnes in opus ſuum labórent quod eis injúngitur. Facto autem primo ſigno horæ Nonæ: disjúngant ſe ab ópere ſuo ſínguli: * & ſint paráti dum ſecúndum ſignum pulſáverit. Poſt refectiónem autem: * vacent lectiónibus ſuis, aut Pſalmis.

28. *Maii.* 30. *Auguſti.* 2. *Decemb.* 23. *Februar.*

IN Quadragéſimæ verò diébus, à manè uſque ad Tértiam plenam, vacent lectiónibus ſuis: * & uſque ad décimam horam plenam operéntur quod eis injúngitur. In quibus diébus Quadragéſimæ, accípiant omnes ſíngulos códices de Bibliothéca: * quos per órdinem ex íntegro legant. Qui códices in cápite Qua-

dragésimæ dandi sunt. Ante ómnia sanè deputéntur unus aut duo Senióres, qui circúmeant Monastérium horis quibus vacant Fratres lectióni ℣ & vídeant ne fortè inveniátur Frater acedióſus, qui vacat ócio, aut fábulis, & non est inténtus lectióni: * & non solùm sibi inútilis est, sed étiam álios extóllit. Hic talis si (quod absit) repértus fúerit ℣ corripiátur semel & secúndò: * si non emendáverit, correptióni regulári subjáceat, táliter, ut cæteri metum hábeant. Neque Frater ad Fratrem jungátur horis incompeténtibus. Domínico die lectióni vacent omnes: * excéptis his, qui váriis offíciis deputáti sunt. Si quis verò ita négligens & desidióſus fúerit, ut non velit, aut non possit meditári, aut légere ℣ injungátur ei opus quod fáciat: * ut non vacet. Frátribus infírmis vel delicátis talis ópera aut ars injungátur ℣ ut nec ociósi sint: * nec violéntiâ labóris opprimántur, ut effugéntur. Quorum imbecíllitas ab Abbáte consideránda est. Tu autem Dómine, &c.

29. Maii. 31. Augusti. 3. Decemb. 24. Februar.

De Quadragésimæ obſervatióne.

LICET omni témpore vita Mónachi Quadragésimæ débeat obſervatiónem habére ℣ tamen quia paucórum est ista virtus, ídeo suadémus istis diébus Quadragésimæ omni puritáte vitam suam custodíre: * omnes páriter ne-

gligéntias aliórum témporum his diébus ſanctis dilúere. Quod tunc dignè fit, ſi ab ómnibus vítiis nobis temperémus: * oratióni cum flétibus, lectióni & compunctióni cordis, atque abſtinéntiæ óperam demus. Ergo his diébus augeámus nobis áliquid ad ſólitum penſum ſervitútis noſtræ: * Oratiónes peculiáres, cibórum & potûs abſtinéntiam ℣ ut unuſquíſque ſuper menſúram ſibi indíctam áliquid de própria voluntáte, cum gaúdio Sancti Spíritus ófferat Deo: * id, eſt ſubtráhat córpori ſuo, de cibo, de potu, de ſomno, de loquacitáte, de ſcurrilitáte ℣ & cum ſpirituális deſidérii gaúdio ſanctum Paſcha expéctet. Hoc ipſum tamen quod unuſquíſque offert, Abbáti ſuo ſúggerat ℣ & cum ejus fiat oratióne & voluntáte: * quia quod ſine permiſſióne Patris ſpirituális fit, præſumptióni deputábitur & vanæ glóriæ, non mercédi. Ergo cum voluntáte Abbátis ómnia agénda ſunt. Tu autem, &c.

30. *Maii.* 1. *Septemb.* 4. *Decemb.* 25. *Februar.*

De Frátribus qui longè ab Oratório labórant, aut in via ſunt.

FRATRES qui omnínò longè ſunt in labóre, & non poſſunt occúrrere hora competenti ad Oratórium ℣ & Abbas hoc perpéndit, quia ita eſt: * agant íbidem Opus Dei, ubi operántur, cum tremóre divíno, flectén-

tes genua. Similiter qui in itínere diréćti sunt: * non eos prætéreant horæ constitútæ ; sed ut possunt agant sibi: * & servitútis pensum non négligant réddere.

31. *Maii.* 2. *Septemb.* 5. *Decemb.* 27. *Februar.*

De Frátribus qui non satis longè proficiscúntur.

FRATRES, qui pro quovis respónso proficiscúntur, & ea die sperant revérti ad Monastérium ; non præsúmant foris manducáre, étiam si à quovis rogéntur: * nisi fortè eis ab Abbáte suo præcipiátur. Quòd si áliter féterint, excommunicéntur.

1. *Junii.* 3. *Septemb.* 6. *Decemb.* 26. *Februar.*

De Oratório Monastérii.

ORATORIUM hoc sit, quod dícitur: * nec ibi quicquam áliud gerátur aut condátur. Expléto Opere Dei, omnes cum summo siléntio éxeant, & agátur reveréntia Deo: * ut Frater qui fortè sibi peculiáriter vult oráre, non impediátur altérius improbitáte. Sed si alter vult sibi fortè secrétiùs oráre ; simpliciter intret & óret: * non in clamósa voce, sed in láchrymis, & intentióne cordis. Ergo qui símile opus non facit ; non permittátur, expléto Opere Dei, remorári in Oratório, sicut

dictum est: * ne álius impediméntum patiátur. Tu autem, &c.

2. *Junii.* 4. *Septemb.* 7. *Decemb.* 28. *Februar.*

De Hospítibus suscipiéndis.

OMNES superveniéntes hóspites, tanquam Christus, suscipiántur: * quia ipse dictúrus est. *Hospes fui, & suscepístis me*, Et ómnibus cóngruus honor exhibeátur: * máximè domésticis fídei & peregrínis. Ut ergo nunciátus fúerit hospes ℣ occurrátur ei à Prióre vel à Frátribus, cum omni officio charitátis: * & prímitùs orent ℣ & sic sibi sociéntur in pace. Quod pacis ósculum non priùs offerátur, nisi oratióne præmíssa: * propter illusiónes diabólicas. In ipsa autem salutatióne omnis exhibeátur humílitas: * Omnibus veniéntibus sive discedéntibus hospítibus, inclináto cápite, vel prostráto omni córpore in terra ℣ Christus in eis adorétur, qui & suscípitur. Suscépti autem hóspites ducántur ad oratiónem: * & póstea sédeat cum eis Prior, aut cui jússerit ipse. Legátur coram hóspite lex divína, ut ædificétur: * & post hæc omnis exhibeátur humánitas. Jejúnium à Prióre frangátur propter hóspitem ℣ nisi forte præcípuus sit dies jejúnii qui non possit violári: * Fratres autem consuetúdines jejuniórum prosequántur. Aquam in mánibus Abbas hospítibus det: * pedes autem hospítibus ómnibus tam Abbas quàm cuncta Con-

3. *Junii.* 5. *Septemb.* 8. *Decemb.* 1. *Martii.*

Quòd non débeat Mónachus líteras, vel Eulógia accípere síne jussu Abbátis.

NULLATENUS líceat Mónacho nec à paréntibus súis, nec à quôquam hóminum ℣ nec síbi ínvicem líteras aut Eulógia, vel quælibet munúscula accípere aut dare: * síne præcépto Abbátis súi. Quòd si étiam à paréntibus súis ei quicquam diréctum fúerit ℣ non præsúmat susscípere illud: * nisi priùs indicátum fúerit Abbáti. Quòd si jússerit súscipi ℣ in Abbátis sit potestáte cui illud júbeat dari: * & non contristétur Frater, cui fortè diréctum fúerat ℣ ut non detur occásio diábolo. Qui autem áliter præsúmpserit: * disciplínæ regulári subjáceat. Tu autem, &c.

4. *Junii.* 6. *Septemb.* 9. *Decemb.* 2. *Martii.*

De vestiméntis, & calceaméntis Fratrum.

VESTIMENTA Frátribus secúndùm locórum qualitátem ubi hábitant, vel áeris tempériem, dentur: * quia in frígidis regiónibus ámpliùs indigétur ℣ in cálidis verò, minùs Hæc ergo considerátio penes Abbátem sit. Nos tamen mediócribus locis sufficere crédimus Mónachis, per síngulos Cucúllam & Túnicam: * Cucúllam in hyeme villósam ℣ in

æstáte puram, aut vetústam: * & Scapuláre propter ópera. Induménta pedum: * pédules & cáligas. De quarum rerum ómnium colóre aut grossitúdine non causéntur Mónachi: * sed quales inveníri possunt in Província qua degunt; aut quod vílius comparári potest. Abbas autem de mensúra provídeat; ut non sint curta ipsa vestiménta uténtibus eis: * sed mensuráta. Accipiéntes nova, vétera semper reddant in præsénti: * reponénda in vestiário propter páupere. Súfficit enim Mónacho duas Túnicas & duas Cucúllas habére; propter noctes & propter laváre ipsas res. Jam quod suprà fúerit, supérfluum est: * & amputári debet. Et pédules, & quodcúmque est vetústum reddant: * dum accípiunt novum. Femorália hi qui in via dirigúntur, de vestiário accípiant: * quæ reverténtes lota ibi restítuant. Et Cucúllæ & Túnicæ sint aliquántò iis quas habére sóliti sunt melióres: * quas exeúntes in viam accípiant de vestiário, & reverténtes, lotas ibi restítuant. Straménta autem lectórum sufficiant: * Matta, Sagum, Lena, & Capitále. Quæ tamen lecta frequénter ab Abbáte scrutánda sunt: * propter opus peculiáre, ne inveniátur. Et si cui invéntum fúerit quod ab Abbáte non accéperit; gravíssimæ disciplínæ subjáceat. Et ut hoc vítium peculiáre radícitùs amputétur; dentur ab Abbáte ómnia quæ sunt necessária: * id est, Cucúlla, Túnica, pédules, calígæ, bracíle, cultéllus, gráphium, acus, máppula, tábulæ; ut

omnis auferatur necessitátis excusátio. A quo tamen Abbáte semper considerétur illa sententia Actuum Apostolorum: * *Quia dabátur síngulis, prout cúique opus erat.* Ita ergo & Abbas consideret infirmitátes indigéntium: * non malam voluntátem invidéntium. In ómnibus tamen judíciis suis Dei retributiónem cógitet.

5. Junii. 7. Septemb. 10. Decemb. 3. Mart.

De Mensa Abbátis.

MENSA Abbátis, cum hospítibus & peregrínis sit semper. Quóties tamen minùs sunt hóspites? quos vult de Frátribus vocáre, in ipsíus sit potestáte. Seniórum autem unum, aut duos semper cum Frátribus dimitténdos procúret: * propter disciplínam. Tu autem Dómine, &c.

6. Junii. 8. Septemb. 11. Decemb. 4. Martii.

De Artifícibus Monastérii.

ARTIFICES, si sunt in Monastério? cum omni humilitáte & reveréntia fáciant ipsas artes: * si tamen jússerit Abbas. Quòd si áliquis ex eis extóllitur pro sciéntia artis suæ, eò quòd videátur áliquid conférre Monastério? hic talis evellátur ab ipsa arte, & dénuò per eam non tránseat: * nisi fortè humiliáto ei íterùm Abbas júbeat. Si quid verò ex operíbus Artíficum venundándum est: * ví-

deant ipsi per quorum manus transigénda sunt, ne áliquam fraudem præsúmant inférre. Memoréntur Anániæ & Sáphiræ: * ne fortè mortèm quam illi in córpore pertulérunt ℣ hanc isti, vel omnes qui áliquam fraudem de rebus Monastérii fecérint, in ánima patiántur. In ipsis autem prétiis non súbrepat avarítiæ malum ℣ sed semper aliquántulùm víliùs detur quàm à sæculáribus datur: * ut in ómnibus glorificétur Deus. Tu autem, &c.

7. Junii. 9. Septemb. 12. Decemb. 5. Mart.

De disciplína suscipiendórum Fratrum.

NOVITER véniens quis ad conversiónem ℣ non ei fácilis tribueátur ingréssus: * sed sicut ait Apóstolus, *Probáte spíritus, si ex Deo sunt.* Ergo si véniens perseveravérit pulsans ℣ & illátas sibi injúrias, & difficultátem ingréssus, post quátuor aut quinque dies visus fúerit patiénter portáre ℣ & persístere petitióni suæ: * annuátur ei ingréssus. Et sit in cella hóspitum paucis diébus: * póstea autem sit in cella Novitiórum, ubi meditétur, mandúcet, & dórmiat. Et senior ei talis deputétur, qui aptus sit ad lucrándas ánimas: * qui super eum omníno curiósè inténdat & sollícitus sit, si verè Deum quærit ℣ si sollícitus est ad Opus Dei: * ad obediéntiam, ad oppróbria. Prædicéntur ei ómnia dura & áspera: * per quæ itur ad Deum. Et si promiserit de stabilitáte sua

perseverántiam ℣ post duórum ménsium círculum legátur ei hæc Régula per órdinem: * & dicátur ei. *Ecce lex, sub qua militáre vis: * si potes observáre, ingrédere ℣ si verò non potes, liber discéde.* Si adhuc stéterit ℣ tunc ducátur in suprádictam cellam Novitiórum: * & íterùm probétur in omni patiéntia. Et post sex ménsium círculum, relegátur ei Régula: * ut sciat ad quid ingréditur. Et si adhuc stat: * post quátuor menses íterùm legátur ei hæc eádem régula. Et si hábitâ secum deliberatióne promíserit se ómnia custodíre, & cuncta sibi imperáta serváre ℣ tunc suscipiátur in Congregatióne: * sciens lege Régulæ constitútum, quòd ex illa die non líceat de Monastério égredi ℣ nec collum excútere de sub jugo Régulæ: * quam sub tam morósa deliberatióne lícuit recusáre aut suscípere. Suscipiéndus autem, in Oratório coram ómnibus promíttat de stabilitáte sua, & conversióne morum suórum, & obediéntia coram Deo & Sanctis ejus: * ut si aliquándo áliter fécerit, ab eo se damnándum sciat quem írridet. De qua promissióne sua, fáciat petitiónem ad nomen Sanctórum, quorum reliquiæ ibi sunt: * & Abbátis præséntis. Quam petitiónem manu sua scribat: * aut certè si non scit líteras alter ab eo rogátus scribat ℣ & ille Novítius signum fáciat: * & manu sua eam super Altáre ponat. Quam dum posúerit ℣ incípiat ipse Novítius mox hunc Versum. *Súscipe me Dómine secúndùm elóquium tuum, & vi-*

vam: * *& non confúndas me ab expectatióne mea.* Quem versum omnis Congregátio tértiò respóndeat: * adjungéntes, *Glória Patri.* Tunc ipse Frater Novítius prosternátur singulórum pédibus, ut orent pro eo: * & jam ex illa die in Congregatióne reputétur. Res si quas habet, aut éroget priùs paupéribus? aut facta solémniter donatióne, cónferat Monastério, nihil sibi réservans ex ómnibus: * quippe qui ex illo die nec próprii córporis potestátem se habitúrum sciat. Mox ergo in Oratório exuátur rebus própriis quibus vestitus est: * & induátur rebus Monastérii. Illa autem vestiménta quibus exútus est, reponántur in vestiário conservánda: * ut, si aliquándo suadénte diábolo, consénserit ut egrediátur de Monastério? (quod abíit:*) tunc exútus rebus Monastérii, projiciátur. Illam tamen petitiónem ejus, quam désuper Altáre Abbas tulit, non recípiat: * sed in Monastério reservétur. Tu autem, &c.

8. Junii. 10. Septemb. 13. Decemb. 6. Mart.

De fíliis nobílium vel páuperum qui offerúntur.

SI quis fortè de nobílibus offert fílium suum Deo in Monastério? si ipse puer minóri ætáte est: * paréntes ejus fáciant petitiónem quam suprà díximus. Et cum oblatióne, ipsam petitiónem & manum púeri involvant in palla

Altáris: * & sic eum offerant. De rebus autem suis, aut in præsénti petitióne promíttant sub jurejurándo ℣ quia numquàm per se, numquàm per suspéctam persónam, nec quólibet modo ei aliquándo áliquid dent: * aut tríbuant occasiónem habéndi. Vel certè si hoc fácere nolúerint, & áliquid offérre volúerint in eleemósynam Monastério pro mercéde sua ℣ fáciant ex rebus quas dare volunt Monastério donatiónem: * reserváto sibi (si ita volúerint) usufructuário. Atque ita ómnia obstruántur ℣ ut nulla suspício remáneat púero per quam decéptus períre possit (quod abfit: *) quod experiménto didícimus. Similiter autem & pauperióres fáciant. Qui verò ex toto nihil habent ℣ simplíciter petitiónem fáciant: * & cum oblatióne ófferant filium suum coram téstibus. Tu autem Dómine, &c.

9. Junii. 11. Septemb. 14. Decemb. 7. Mart.

De Sacerdótibus, qui volúerint in Monastério habitáre.

SI quis de órdine Sacerdótum in Monastério se súscipi rogáverit ℣ non quidem ei cítiùs assentiátur: * tamen si omnino perstíterit in hac petitióne ℣ sciat se omnem Régulæ disciplínam servatúrum: * nec áliquid ei relaxábitur, ut sit sicut scriptum est. *Amice ad quid venísti?* Concedátur ei tamen post Abbátem

ſtare ; & benedícere, aut Miſſas cánere : * ſi tamen júſſerit ei Abbas. Sin áliàs nullátenus áliqua præſúmat ; ſciens ſe diſciplínæ regulári ſúbditum : * & magis humilitátis exémpla ómnibus det. Si fortè ordinatiónis aut alicújus rei causâ fúerit in Monaſtério ; illum locum atténdat, quando ingréſſus eſt Monaſtérium : * non illum qui ei pro reveréntia Sacerdótii concéſſus eſt. Clericórum autem ſi quis eódem deſidério Monaſtério ſociári volúerit ; loco mediocri collocétur : * & ipſe tamen ſe promíttat de obſervatióne Régulæ, vel própria ſtabilitáte. Tu autem, &c.

10. *Junii.* 12. *Septemb.* 15. *Decemb.* 8. *Mart.*

De Mónachis peregrínis, quáliter ſuſcipiántur.

SI quis Mónachus peregrínus de longínquis Provínciis ſupervénerit ; ſi pro hóſpite volúerit habitáre in Monaſtério, & conténtus fúerit conſuetúdine loci quam invénerit ; & non fortè ſuperfluitáte ſua pertúrbat Monaſtérium, ſed ſimpliciter conténtus eſt quod invénerit : * ſuſcipiátur quanto témpore cupit. Si qua tamen rationabíliter & cum humilitáte charitátis reprehéndit aut oſténdit ; tractet Abbas prudénter : * ne fortè eum propter hoc ipſum Dóminus diréxerit. Si verò póſteà volúerit ſtabilitátem ſuam firmáre ; non

renuátur talis volúntas: * & máximè, quia témpore hoſpitalitátis pótuit ejus vita dignóſci. Quod ſi ſupérfluus, aut vitióſus invéntus fúerit témpore hoſpitalitátis ℣ non ſolùm non debet ſociári córpori Monaſtérii: * verùm étiam dicátur ei honéſtè ut diſcédat ℣ ne ejus miſériâ étiam álii vitiéntur. Quòd ſi non fúerit talis qui mereátur próvici ℣ non ſolùm ſi petíerit, ſuſcipiátur Congregatióni ſociándus ℣ verùm étiam ſuadeátur ut ſtet: * ut ejus exémplo álii erudiántur ℣ & quia in omni loco uni Dómino ſervítur, & uni Regi militátur. Quem étiam ſi talem eſſe perſpéxerit Abbas: * líceat eum in ſuperióre aliquántulùm conſtitúere loco. Non ſolùm autem Mónachum ℣ ſed étiam de ſupradíctis grádibus Sacerdótum vel Clericórum ſtabilíre poteſt Abbas, in majóri quam ingrediúntur loco: * ſi eórum talem proſpéxerit eſſe vitam. Cáveat autem Abbas, ne aliquándo de álio noto Monaſtério Mónachum ad habitándum ſuſcípiat ℣ ſine conſénſu Abbátis ejus, aut líteris commendatítiis: * quia ſcriptum eſt. *Quod tibi non vis fíeri, álteri ne féceris.* Tu autem Dómine ℣ miſerére nobis. ℟. Deo grátias.

11. *Junii.* 13. *Septemb.* 16. *Decemb.* 9. *Mart.*

De Sacerdótibus Monaſtérii.

SI quis Abbas ſibi Preſbyterum, vel Diáconum ordináre petíerit: * de ſuis éligat, qui dignus ſit Sacerdótio fungi. Ordinátus autem,

cáveat elatiónem aut supérbiam: * nec quicquam præsúmat, nisi quod ei ab Abbáte præcípitur ℣ sciens se multo magis disciplínæ regulári súbditum. Nec occasióne Sacerdótii obliviscátur Régulæ obediéntiam & disciplínam: * sed magis ac magis in Dómino proficiat. Locum verò illum semper atténdat, quo ingréssus est Monastérium ℣ præter officium Altáris: * & si fortè eléctio Congregatiónis & volúntas Abbátis pro vitæ mérito eum promovére volúerit. Qui tamen Régulam à Decánis, vel Præpósitis constitútam sibi servándam sciat: * quod si áliter præsúmpserit ℣ non ut Sacérdos, sed ut rebéllis judicétur. Et sæpè admónitus si non corréxerit ℣ étiam Episcopus adhibeátur in testimónium. Quod si nec sic emendáverit ℣ clarescéntibus culpis projiciátur de Monastério: * si tamen talis fúerit ejus contumácia, ut subdi aut obedíre Régulæ nolit. Tu autem, &c.

12. *Junii.* 14. *Septemb.* 17. *Decemb.* 10. *Mart.*

De órdine Congregatiónis.

ORDINES suos in Monastério ita cónservent, ut conversiónis tempus & vitæ méritum discérnit: * utque Abbas constitúerit. Qui Abbas non contúrbet gregem sibi commíssum ℣ nec quasi líberâ utens potestáte, injústé dispónat áliquid: * sed cógitet semper, quia de ómnibus judíciis & opéribus suis redditúrus est Deo ratiónem. Ergo secúndùm

órdines quos constitúerit, vel quos habúerint ipsi Fratres ℣ sic accédant ad Pacem, ad Communiónem, ad Psalmum imponéndum: * in Choro stándum. Et in ómnibus omníno locis ætas non discernátur in órdine, nec præjúdicet: * quia Sámuel & Dániel púeri Presbyteros judicavérunt. Ergo excéptis his, quos, ut díximus, altióri consílio Abbas prætúlerit, vel degradáverit certis ex causis ℣ réliqui omnes ut convertúntur, ita sint: * ut, verbi grátiâ, qui secúndâ horâ diéi vénerit in Monastérium ℣ juniórem se nóverit illíus esse qui primâ horâ venit diéi: * cujúslibet ætátis aut dignitátis sit. Púeris verò per ómnia ab ómnibus disciplína teneátur. Junióres ígitur, prióres suos honórent: * prióres junióres suos díligant. In ipsa autem appellatióne nóminum, nulli líceat álium puro nómine appellâre: * sed prióres, junióres suos Fratres nóminent ℣ junióres autem, prióres suos Nonnos vocent: * quod intellígitur patérna reveréntia. Abbas autem, quia vices Christi ágere créditur, Dóminus & Abbas vocétur: ℣ non sua assumptióne, sed honóre & amóre Christi. Ipse autem cógitet, & sic se exhíbeat, ut dignus sit tali honóre. Ubicúmque autem sibi óbviant Fratres, júnior à prióre benedictiónem petat. Transeúnte majóre, minor surgat & det ei locum sedéndi: * nec præsúmat júnior consedére, nisi ei præcípiat sénior suus ℣ ut fiat quod scriptum est. *Honóre invicem præveniéntes.* Púeri, párvuli, vel ado-

leſcéntes, in Oratório vel ad menſas, cum diſciplína órdines ſuos conſequántur:*foris autem vel ubi ubi, cuſtódiam hábeant & diſciplínam ℣ uſque dum ad intelligíbilem ætátem pervéniant. Tu autem, &c.

13. *Junii.* 15. *Septemb.* 18. *Decemb.* 11. *Mart.*

De ordinándo Abbáte.

IN Abbátis ordinatióne illa ſemper conſiderétur rátio ℣ ut hic conſtituátur, quem ſibi omnis concors Congregátio ſecúndùm timórem Dei, ſive étiam pars, quamvis parva Congregatiónis:*ſanióri consílio elégerit. Vitæ autem mérito, & ſapiéntiæ doctrínâ eligátur qui ordinándus eſt:* étiam ſi últimus fúerit in órdine Congregatiónis. Quòd ſi étiam omnis Congregátio vítiis ſuis (quod quidem abſit) conſentiéntem perſónam pari consílio elégerit ℣ & vítia ipſa aliquátenùs in notítiam Epíſcopi (ad cujus Diœceſim pértinet ille locus) vel Abbátibus, aut vicínis Chriſtiánis clarúerint ℣ prohíbeant pravórum prævalére conſénſum, & dómui Dei dignum conſtítuant diſpenſatórem:* ſciéntes pro hoc ſe receptúros mercédem bonam, ſi illud caſtè & zelo Dei fáciant ℣ ſicut è divérſo peccátum, ſi négligant. Ordinátus autem Abbas cógitet ſemper quale onus ſuſcépit ℣ & cui redditúrus eſt ratiónem villicatiónis ſuæ:* ſciátque ſibi opórtere prodéſſe magis, quam præéſſe. Opórtet ergo eum

esse doctum lege divina: * ut sciat sic unde próferat nova & vetera. Castum, sóbrium, misericórdem, semper superexaltántem misericórdiam judício: * ut idem ipse consequátur. Odérit vítia: * díligat Fratres. In ipsa autem correptióne prudénter agat, & ne quid nimis: * ne dum nimis cupit erádere ærúginem frangátur vas. Suámque fragilitátem semper suspéctus sit: * meminéritque cálamum quassátum non conteréndum. In quibus non dícimus, ut permíttat nutríri vitia? sed prudénter & cum charitáte ea ampútet, prout víderit cuíque expedíre, sicut jam díximus: * & stúdeat plus amári, quam timéri. Non sit turbuléntus & ánxius? non sit nímius & obstinátus? non zelótypus & nimis suspiciósus: * quia numquàm requiéscet. In ipsis impériis suis sit próvidus & considerátus: * sive secúndùm Deum, sive secúndùm sæculum sint. Opera quæ injúngit discérnat & témperet: * cógitans discretiónem Sancti Jacob, dicéntis. *Si greges meos plus in ambulándo féceris laboráre, moriéntur cuncti unâ die.* Hæc ergo aliáque testimónia discretiónis matris virtùtum sumens? sic ómnia témperet, ut & fortes sint qui cúpiant: * & infírmi non refúgiant. Et præcípuè, ut præséntem Régulam in ómnibus consérvet: * ut dum benè ministráverit, áudiat à Dómino, quod servus bonus qui erogávit tríticum consérvis suis in témpore suo. *Amen dico vobis, super ómnia bona sua constítuet eum.* Tu autem, &c.

14. *Junii.* 16. *Septemb.* 19. *Decemb.* 12. *Mart.*

De Præpósito Monastérii.

SÆPIUS quidem contíngit, ut per ordinatiónem Præpóſiti ſcándala grávia in Monaſtério oriántur: * dum ſint áliqui malígno ſpíritu ſuperbiæ infláti, qui æſtimántes ſe ſecúndos Abbátes eſſe? aſſuméntes ſibi tyránnidem ſcándala nútriunt, & diſſenſiónes in Congregatióne fáciunt: * & máximè in illis locis, ubi ab eódem Sacerdóte, vel ab eíſdem Abbátibus qui Abbátem órdinant, ab ipſis étiam & Præpóſitus ordinátur. Quod quàm ſit abſúrdum, fácilè advértitur: * quia ab ipſo inítio ordinatiónis, matéria ei datur ſuperbiéndi? dum ei ſuggéritur à cogitatiónibus ſuis, exútum eum eſſe à poteſtáte Abbátis ſui: * quia ab ipſis eſt ordinátus, à quibus & Abbas. Hinc ſuſcitántur invídiæ, rixæ, detractiónes, æmulatiónes, diſſenſiónes, exordinatiónes: * Et dum contrária ſibi ínvicem Abbas Præpoſitúſque ſéntiunt? & ipſórum necéſſe eſt ſub hac diſſenſióne ánimas periclitári: * Et ii qui ſub ipſis ſunt, dum adulántur pártibus, eunt in perditiónem. Cujus periculi malum illos réſpicit in cápite? qui talis inordinatiónis ſe fecérunt authóres. Ideóque nos prævidémus expedíre propter pacis charitatíſque cuſtódiam: * in Abbátis pendére arbítrio ordinatiónem Monaſtérii ſui. Et ſi poteſt fíeri? per Decános ordinétur, ut án-

tea dispoſúimus, omnis utilitas Monaſtérii, prout Abbas dispoſúerit: * ut dum plúribus committitur, unus non ſupérbiat. Quòd ſi aut locus éxpetit, aut Congregátio petíerit rationabíliter cum humilitáte ℣ & Abbas judicáverit expedíre: * quemcúmque elégerit Abbas, cum consílio Fratrum timéntium Deum, órdinet ipſe ſibi Præpóſitum. Qui tamen Præpóſitus, illâ agat cum reveréntiâ quæ ab Abbáte ſuo ei injúncta fúerint ℣ nihil contra Abbátis voluntátem, aut ordinatiónem fáciens: * quia quantò Prælátus eſt cæteris, tantò eum opórtet ſollicítiùs obſerváre præcépta Régulæ. Qui Præpóſitus, ſi repértus fúerit vitióſus ℣ aut elatióne decéptus ſupérbiæ, aut contémptor ſanctæ Régulæ fúerit comprobátus ℣ admoneátur verbis, uſque quater: * ſi non emendáverit, adhibeátur ei corréctio diſciplínæ Reguláris. Quód ſi neque ſic correxérit ℣ tunc dejiciátur de órdine Præpoſitúræ: * & álius qui dignus eſt, in loco ejus ſubrogétur. Quòd ſi & póſteà in Congregatióne quiétus & obédiens non fúerit ℣ étiam de Monaſtério expellátur. Cógitet tamen Abbas ſe de ómnibus judíciis ſuis Deo redditúrum ratiónem: * ne fortè invídiâ aut zeli flammâ urat ánimam ſuam. Tu autem Dómine ℣ miſerére nobis.

℟. Deo grátias.

15. Junii. 17. Septemb. 20. Decemb. 13. Mart.

De Ostiário Monastérii.

AD portam Monastérii ponátur senex sápiens, qui sciat accípere respónsum & réddere:*cujus matúritas eum non sinat vagári. Qui Portárius cellam debet habére juxta portam : * ut veniéntes semper præséntem invéniant, à quo respónsum accípiant. Et mox ut áliquis pulsáverit aut pauper clamáverit ? *Deo grátias* respóndeat, aut benedícat : * & cum omni mansuetúdine timóris Dei, reddat respónsum festinánter, cum fervóre charitátis. Qui Portárius si índiget solátio : * juniórem Fratrem accípiat. Monastérium autem (si possit fíeri) ita debet cónstrui ? ut ómnia necessária, id est, aqua, Molendínum, Hortus, Pistrínum, vel artes divérsæ, intra Monastérium exerceántur:* ut non sit necéssitas Mónachis vagándi foras ? quia omninò non éxpedit animábus eórum. Hanc autem Régulam sæpiùs vólumus in Congregatióne legi:*ne quis Fratrum de ignorántia se excúset. Tu autem, &c.

16. Junii. 18. Septemb. 21. Decemb. 14. Mart.

De Frátribus in via diréctis.

DIRIGENDI Fratres in via, ómnium Fratrum, vel Abbátis oratióni se comméndent : * & semper ad oratiónem últimam

Operis

Operis Dei, commemorátio ómnium abséntium fiat. Reverténtes autem de via Fratres ℣ ipso die quo rédeunt, per omnes Canónicas Horas dum explétur Opus Dei, prostráti solo Oratórii ab ómnibus petant oratiónem propter excéssus: * ne quid fortè subripúerit in via visûs, aut áuditûs malæ rei, aut ociósi sermónis. Nec præsúmat quisquam áliis referre quæcúmque foris Monastérium víderit aut audíerit: * quia plúrima destrúctio est. Quòd si quis præsúmpserit: * vindíctæ Regulári subjáceat. Similiter & qui præsúmpserit claustra Monastérii égredi ℣ vel quocúmque ire: * vel quidpíam quamvis parvum sine Abbátis jussióne fácere. Tu autem Dómine, &c.

17. *Junii.* 19. *Septemb.* 22. *Decemb.* 15. *Mart.*

Si cui Fratri impossibília injungántur.

SI cui Fratri áliqua fortè grávia aut impossibília injungúntur ℣ suscípiat quidem jubéntis impérium: * cum omni mansuetúdine & obediéntia. Quód si omninò vírium suárum mensúram víderit pondus excédere ℣ impossibilitátis suæ causas ei qui sibi præest, patiénter & opportúnè súggerat: * non superbiéndo aut resisténdo vel contradicéndo. Quòd si post suggestiónem suam in sua sententia Prióris impérium perduráverit ℣ sciat júnior ita sibi expedíre: * & ex charitáte confidens de adjutório Dei, obédiat. Tu autem, &c.

18. *Junii.* 20. *Septemb.* 23. *Decemb.* 16. *Martii.*

Ut in Monastério non præsúmat alter álterum defféndere.

SUMMOPERE præcavéndum est, ne quâvis occasióne præsúmat alter álterum defféndere Mónachum in Monastério, aut quasi túeri: * etiamsi quálibet consánguinitátis propinquitáte jungátur. Nec quólibet modo id à Mónachis præsumátur: * quia exínde gravíssima occásio scandalórum oríri potest. Quód si quis hæc transgréssus fúerit: * ácriùs coërceátur. Tu autem Dómine, &c.

19. *Junii.* 21. *Septemb.* 24. *Decemb.* 17. *Mart.*

Ut non præsúmat quisquam áliquem passim cædere aut excommunicáre.

UT vitétur in Monastério omnis præsumptiónis occásio ℣ ordinámus atque constitúimus ut nulli líceat quemquam Fratrum suórum excommunicáre aut cædere: * nisi cui potéstas ab Abbáte data fúerit. Peccántes autem coram ómnibus arguántur: * ut cæteri metum hábeant. Infántibus verò úsque ad quintum décimum annum ætátis ℣ disciplínæ diligéntia sit: * & custódia adhibeátur ab ómnibus. Sed & hoc cum omni mensúra & ratione. Nam in fortióri ætáte qui præsúmpserit aliquátenùs sine præcépto Abbátis ℣ vel in ipsis infántibus sine discretióne exárserit ℣ disciplínæ Regulári subjáceat: * quia scriptum est. *Quod tibi non vis fieri, álii ne fecéris.* Tu autem, &c.

20. *Junii.* 23. *Septemb.* 26. *Decemb.* 19. *Mart.*

Ut obediéntes ſint ſibi ínvicem Fratres.

OBEDIENTIÆ bonum non ſolùm Abbáti exhibéndum eſt ab ómnibus ; ſed étiam ſibi ínvicem ita obédiant Fratres : * ſciéntes ſe per hanc obediéntiæ viam itúros ad Deum. Præmíſſo ergo Abbátis, aut Præpoſitórum qui ab eo conſtituúntur império ; (cui non permíttimus privàta impéria præpóni : *) de cætero omnes junióres prióribus ſuis omni charitáte & ſollícitúdine obédiant. Quòd ſi quis contentióſus reperítur ; corripiátur. Si quis autem Frater pro quavis mínima cauſa ab Abbáte, vel à quocúmque prióre ſuo corripiátur quólibet modo ; vel ſi léviter ſénſerit ánimum prióris cujuſcúmque contra ſe irátum, vel commótum, quàmvis módicè : * mox ſine mora tándiù proſtrátus in terra ante pedes ejus jáceat ſatisfáciens ; uſque dum benedictióne ſanétur illa commótio. Quod ſi quis contémpſerit fácere ; aut corporáli vindíctæ ſubjáceat : * aut, ſi cóntumax fúerit ; de Monaſtério expellátur. Tu autem, &c.

21. *Junii.* 23. *Septemb.* 26. *Decemb.* 19. *Mart.*

De Zelo bono, quem debent habére Mónachi.

SICUT eſt Zelus amaritúdinis malus, qui ſéparat à Deo, & ducit ad inférnum : * ita eſt zelus bonus, qui ſéparat à vítiis & ducit

ad Deum, & ad vitam ætérnam. Hunc ergò zelum ferventíssimo amóre exerceant Mónachi: * id est, ut honóre se ínvicem prævéniant. Infirmitátes suas sive córporum, sive morum, patientíssimè tólerent: * obediéntiam sibi certátim impéndant. Nullus quod sibi útile júdicat sequátur: * sed quod mágis álii. Charitátem fraternitátis casto impéndant amóre: Deum tímeant: * Abbátem suum sincéra & húmili charitáte díligant. Christo omnínò nihil præpónant: * qui nos páriter ad vitam ætérnam perdúcat, Amen. Tu autem, &c.

22. *Junii.* 24. *Septemb.* 27. *Decemb.* 20. *Mart.*

De eo quòd non omnis obsérvátio justítiæ in hac sit Régulâ constitúta.

REGULAM autem hanc descrípsimus: * ut eam obsérvántes in Monastériis aliquátenùs vel honestátem morum? aut inítium conversatiónis nos demonstrémus habére. Cæterùm ad perfectiónem qui tendit? sunt doctrínæ Sanctórum Patrum: * quarum obsérvátio perdúcit hóminem ad celsitúdinem perfectiónis. Quæ enim página, aut quis sermo divínæ authoritátis véteris ac novi Testaménti? non est rectíssima norma vitæ humánæ? Aut quis Liber Sanctórum Catholicórum Patrum hoc non résonat? ut recto cursu perveniámus ad Creatórem nostrum? Nec non & collatiónes Patrum, & institúta & vita eórum? sed &

Régula S. Patris noſtri Baſilii? quid áliud ſunt niſi benè vivéntium & obediéntium Monachórum exémpla, & inſtruménta virtútum? Nobis autem deſidióſis & malè vivéntibus atque negligéntibus: * rubor confuſiónis eſt. Quiſquis ergò ad pátriam cœléſtem feſtínas? hanc mínimam inchoatiónis Régulam deſcríptam, adjuvánte Chriſto, pérfice: * & tunc demùm ad majóra quæ ſupra commemorávimus, doctrinæ virtutúmque cúlmina, Deo protegénte, pervénies. Tu autem, &c.

ARREST
DU CONSEIL D'ESTAT
DU ROY.

QUI garde & maintient M. l'Abbé & General de Ciſteaux, au droit & poſſeſſion de donner ſes Mandemens & Privileges pour l'Impreſſion des Livres d'Uſage de l'Ordre, conformément à l'Arreſt du Conſeil du 19. Septembre 1681. avec défenſes à tous Imprimeurs, Libraires & autres de l'y troubler, à peine de confiſcation, d'amende, & de tous dépens, dommages & intereſts.

Du dixiéme Mars 1688.

VEU par le Roy étant en ſon Conſeil, la Requeſte preſentée à Sa Majeſté par Dom Jean Petit, Abbé & Superieur General de l'Ordre de Ciſteaux, tendante à ce qu'il ſoit reçû oppoſant à l'execution de l'Arreſt du Conſeil obtenu

par Sebastien Mabre Cramoisy le 20 Janvier 1684. & que sans s'y arrester, ny aux Lettres du 24. Decembre 1664. qui seront rapportées, il soit maintenu & gardé, conformément aux Lettres du mois de Decembre 1658. & à l'Arrest contradictoire du Conseil du 19. Septembre 1681. au droit, faculté & possession de donner les Mandemens & Privileges pour l'Impression des Livres de son Ordre: & que deffenses soient faites audit Mabre-Cramoisy & à tous autres de l'y troubler, exposer en vente, ny debiter aucuns desdits Livres, sans sa permission & de ses Successeurs, à peine de confiscation, trois mil livres d'amende, & de tous dépens dommages & interests; ladite Requeste communiquée & signifiée de l'Ordonnance du Sieur de Fieubet Conseiller d'Etat ordinaire, Commissaire à ce deputé, le 23. Septembre 1686. Acte de Declinatoire dudit Mabre-Cramoisy, signifiée le 25. dudit mois de Septembre audit an, par lequel, pour les raisons y contenuës, il auroit demandé son renvoy au Conseil Privé, pour y estre la contestation jugée comme un fait de Librairie. Réponse dudit sieur Abbé de Cisteaux, signifiée le premier Octobre suivant. L'Arrest du neuf Mars 1687. par lequel sans s'arrester audit Acte dudit Mabre-Cramoisy du 25. Septembre 1686. il est ordonné que dans trois jours ledit Mabre-Cramoisy sera tenu de fournir de réponse à ladite Requeste dudit sieur Abbé de Cisteaux, pardevant les sieurs Commissaires deputez par ledit Arrest du Conseil du 19. Septembre 1681. sinon & à faute de ce, qu'il y sera fait droit ainsi qu'il appartiendra par raison. Requeste dudit Mabre Cramoisy, signifiée le 21. May 1687. tendante à ce qu'il soit ordonné que ladite Requeste sera communiquée à Frederic Leonard Libraire, qui sera tenu d'assister en l'instance d'entre les parties, pour voir dire que l'Arrest qui interviendra, sera declaré commun avec luy, & que sans s'arrester à la Requeste dudit sieur Abbé de Cisteaux, ils seront condamnez en l'amende & aux dépens, avec défenses de se plus pourvoir pour raison de ce au Conseil. Lesdites Lettres Patentes du mois de Decembre 1658. Ledit Arrest du Conseil d'Etat rendu sur les differens de l'Ordre de Cisteaux le 19. Septembre 1681. portant entre autres choses, que l'Impression des Breviaires & autres Livres servans à la celebration du Service Divin dans ledit Ordre, se fera de l'autorité du Chapitre General, par ceux qui seront par luy deputez, & à son défaut, de l'autorité de l'Abbé de Cisteaux, que Sa Majesté maintient au droit & possession de donner les Mandemens & Privileges pour l'Impression desdits Livres. Ledit Arrest du Conseil du 20. Janvier 1684 rendu sur Requeste dudit Mabre-Cramoisy, portant que lesdites Lettres Patentes du 24. Decembre 1664. sortiront leur plain & entier effet, jusqu'à l'entiere expiration du tems porté par icelles, &

en conſequence, iteratives deffenſes audit Leonard & à tous autres Imprimeurs & Libraires, à tous Abbez, Prieurs & Religieux dudit Ordre, & à toutes autres perſonnes, d'imprimer ou faire imprimer aucuns deſdits Livres, ſans le conſentement dudit Mabre Cramoiſy ou de ſes ayans cauſe, ny d'en vendre & debiter d'autres que de l'Impreſſion dudit Mabre-Cramoiſy; & ce durant le tems qui reſte à expirer dudit Privilege. La declaration du decez dudit Mabre Cramoiſy arrivé le neuviéme Juin 1687. Veu encor l'Acte du 13 Decembre dernier, par lequel la Veuve dudit Mabre-Cramoiſy en la qualité qu'elle procede, a declaré que pour certaines bonnes conſiderations, ne pouvant davantage conteſter audit ſieur Abbé de Ciſteaux, le droit de Privilége en queſtion, elle conſent qu'il joüiſſe & diſpoſe dudit Privilege comme bon luy ſemblera: & tout ce qui a eſté remis par leſdites Parties pardevers ledit ſieur de Fieubet, qui en a communiqué au ſieur Archevêque de Paris, & aux ſieurs Voiſin, Courtin, Benard de Rezé & Bignon, Conſeillers d'Etat ordinaires, ſuivant ledit Arreſt du Conſeil du 19. Septembre 1681. & tout conſideré. LE ROY ESTANT EN SON CONSEIL, conformément à l'avis deſdits ſieurs Commiſſaires, ſans s'arreſter à l'Arreſt du 20. Janvier 1684. ny aux Lettres du 24. Decembre 1664. a maintenu & gardé, maintient & garde ledit ſieur Abbé & General de Ciſteaux, au droit & poſſeſſion de donner ſes Mandemens & Privileges pour l'Impreſſion des Livres d'Uſage dudit Ordre, conformément audit Arreſt du Conſeil du dix-neuf Septembre 1681. Fait Sa Majſté défenſes à tous Imprimeurs, Libraires & autres, de l'y troubler, à peine de confiſcation des Exemplaires, trois mille livres d'amende, & de tous dépens, dommages & interefts, dépens compenſez. Fait au Conſeil d'Etat du Roy, Sa Majeſté y eſtant, tenu à Verſailles le dixiéme jour de Mars mil ſix cens quatre-vingt huit. Signé, COLBERT. Et ſcellé.

LIBRI
AD USUM ORDINIS CISTERCIENSIS.

Cum eorumdem pretio sine ligatura.

BReviarium. 8.	6. l.
——— Idem. 12.	4. l.
——— Idem. 18. 2. vol.	5. l.
Diurnale. 32.	1. l. 10. s.
Missale. fol.	10. l.
Missæ Defunctorum. fol.	1. l.
Officium B. M. V. 12.	1 l.
Graduale. fol. cum Cantu.	18. l.
Psalterium fol. cum Cantu.	18. l.
Psalterium. 8. sine Cantu.	3. l. 10. s.
Antiphonale. fol. cum Cantu, sub Prælo.	
Lectionarium fol.	10. l.
Processionale. 8.	1. l. 10. s.
Rituale. 8.	2. l. 10. s.
Liber Usuum Ordinis Cist. 8.	1. l. 5. s.
Martyrologium. 8.	2. l. 10. s.
Privilegia Ordinis. 4.	1. l.
Regula & vita S Benedicti, cum quatuor Libris de Imitatione Christi .32.	15. s.
Series SS. & Beatorum Ordinis. 4.	2. l. 10. s.
Nomasticon sive Antiquiores Ordinis Constitutiones. fol.	7. l.
Ordo Divini Officii recitandi.	5. s.
S. Bernardi Opera, cum Notis D. Mabilon. 8. 9. vol.	21. l.
Idem fol. 2. vol.	21. l.
Capitulum Generale anni 1667. 4.	15. s.
——— Anni 1672. 4.	15. s.
——— Anni 1683. 4.	15. s.
La Maniere de tenir le Chapitre General. 4.	1. l. 5. s.
Du premier esprit de l'Ordre de Cisteaux. 4.	4. l.
Le veritable Gouvernement de l'Ordre de Cisteaux. 4.	4. l.
Bref du Pape Alexandre VII. pour la Reformation generale de l'Ordre de Cisteaux. 4.	10. s.

HYMNI

IN HONOREM

S. P. N. STEPHANI,

TERTII ABBATIS CISTERTII

ET ORDINIS INSTITUTORIS.

I.

STephani dignis celebrando Festum
Laudibus, vitæ pariter sequamur
Quæ Pater nobis imitanda tradit
Facta beatæ.

Tempus attingens juvenile, terras
Angliæ prudens, simul & parentes
Liquit; ut secum penitus dicaret
Omnia Christo.

Excitat mentes, animosque Fratrum,
Objicit sanctæ documenta legis,
Quâ suos praxi renovent fideli,
Postulat actus.

Pneumatis tandem mediante flatu,
Pergit in densos nemorum recessus,
Et suo curat teneram rigare.
Ordine vitem.

Hîc inops, lugens, humilisque vivit,
Semper insistens manuum labori;
Atque divinas modulando laudes
Mente levatur.

Audit optatum sobolis futuræ

Nuntium lætus, ſteriliſque plantæ
Cernit augmentum, mutuique leges
Condit amoris.
Non eum cordis fugiunt ſecreta,
Præpotens vitæ meritis ſeneſcit,
Solvitur curis, Dominoque ſoli
Solus adhæret.
Urget en meſſis, properat laborum
Finis, æternâ fruitur quiete:
Semitas Patris teneamus arctâ
Lege ſubacti.
Supplices, nunc te Deitas precamur,
Ut viri tanti meritis pacata
Ordini noſtro tribuas eodem
Flamine ferri. Amen.

II.

SUblimis aula cælitum
Novis reſultet gaudiis,
Choruſque noſter laudibus
Sanctum coronet Stephanum.
Fœlix Domus Ciſtercii
Ornata ſertis Galliæ,
Quantùm triumphas, colligens
Fructus amœnos arboris!
Matura nondum tempore
Transfertur, ut immobiles
Mittat radices altiùs
Juxtà fluenta gratiæ.
Hîc fixa multos undique
Fœcunda ramos protulit,
Quos charitatis vinculo
Sibi Parens annexuit.

Omni virens juſtitiâ
Tranſcendit ipſa cœlitùs.
Et pro coronâ fructuum
Datur corona gloriæ.
Per te, MARIA, deſuper
Fundatur unda gratiæ,
Ut noſtra poſſint priſtinos
Deſerta fructus promere.
Da Chriſte nobis, quæſumus,
Patris ſequi veſtigia:
Laboris ut participes
Pari fruamur gloria. Amen.

III.

SUmmæ Deus clementiæ
Infunde lumen cordibus:
Ut Stephani præconia
Puris canamus mentibus.
Terrena ſpernens gaudia,
Suos parentes deſerit,
Et veritati conſecrat,
Quod vanitati ſubtrahit.
Ereptus à periculis,
Quibus repletur ſæculum,
Deſerta quærit protinus,
Jugumque Chriſti ſuſcipit.
Procedit inde fervidus,
Intrat nemus Ciſtercii,
Suique Paſtor providus,
Gregis crementa reſpicit.
Hîc membra pœnis conterens,
Mentem replet dulcedine,
Legemque ſervans arctiùs,

Pacis ſtatuta conficit.
Arcana cordis detegit,
Aſtat choro pſallentium,
Et ardet inter Angelos,
Ructans amoris Cantica.
Neſcit laborem charitas,
Fides famem non metuit,
Mortis ſenectus prævia,
Conſummat actus Stephani.
Virtutis adſunt præmia,
Gaudet coronâ Martyrum,
Caſtique tortor corporis,
Roſis adauget lilia.
Salvator orbis cœlitùs,
Infunde nobis ſpiritum,
Ut ſimus omnes omnibus,
Perfectionis ſpeculum. Amen.

IV.

EXtollunt Abraham laudibus inclytum,
Exaltantque fidem ſæcula lynceam;
Quâ in promiſſa vocantis
Firmo pectore credidit.
Nunc Patri Stephano cantica conſecrent,
Et laudum ſimili carmine concinant,
Qui tanti Patriarchæ
In ſe pinxit imaginem.
Odit verus amor, nec patitur moras;
Ut Chriſtus loquitur cordis in intimo,
Mox, ad ſydera natus,
Terras deſerit Angliæ.
Illinc inſtar apis providus advolat
In partes Scotiæ, Regnaque Gallica;

Ut discreta prophanæ
Sugat mella scientiæ.
Dum sacris studiis tempora commodat,
In virtute simul proficit in dies:
Cor ferventiùs ardet,
Quo mens fit sapientior.
Hunc Romam pietas attrahit, & fides;
Psalmis dum graditur labia consecrat,
Devotusque Beatæ
Sedis limina visitat.
Hæc est meta viæ, nil supereſt sibi,
Jam votis fruitur, Reliquias colit,
Lætaturque subesse
Petri clavibus & pedo,
Jesu Dux ovium, Pastor amabilis,
Confirma dociles, corrige devios,
Et cœlestia nobis
Semper pascua divide. Amen.

V.

ULtrà quid urbes Stephanus inclytas
Vitæ fragrantis replet odoribus?
Hunc concupiscit solitudo,
Quàm citiùs subeat Molismum.
Illic Roberto sub Duce splendidam
Cœlestis aulæ cernet imaginem:
Hùc cordis ardor; ad labores
Ecce volat, velut ad triumphos.
Hîc, turbulenti pondere sæculi
Procul repulso, se gerit Angelum:
Tollas labores, atque pœnas,
Vix hominem Stephanum putabis.
Domûs egestas omnibus incutit

Mirum ſtuporem : corda fidelium
Ad largitatem commoventur ;
Divitiæ generant teporem.
Ut quid remiſſos Stephane deſeris ?
Fulci labantes occiduæ domûs ;
Redi Moliſmum, providebit
Inde tibi meliora Chriſtus.
Redux inertes provocat actibus,
Præcepta legis ſingula connotat :
Hunc zelus ardens urit intùs,
Quos aluit jaculatur ignes.
Honor perennis ſit tibi Trinitas,
Divinitatis quam beat unitas :
Hîc congregatos fac eodem
Nos humero tibi militare. Amen.

VI.

DEcreta ſtabunt cælitùs edita ;
Roberte votis annue Stephani :
Ciſtercienſes ecce lucos,
Hîc novus eſt generandus Ordo.
Vitæ recentis nuntia pervolant ;
Verbum ſalutis non ſapit omnibus :
Auſis adhærent, quos MARIA
Hoc ad opus ſibi ſegregavit.
Dux ipſa facti. Flaminis impetu
Aguntur omnes ; curritur in nemus
Fervore magno : ſic recondi
Præ reliquis Stephanus triumphat.
O ſilva felix ! quos tegis, hoſpites
Inſtar cedrorum mox caput erigent ;
Et ſeminatis inter umbras
Magnus erit decor atque fructus.

Regum ſuperbis vilia præferunt
Cives polorum tecta palatiis:
Sordeſcit ipſis quidquid altum,
Solâ ſibi requies in imis.
Rebus caducis pectore libero
Virtutis ardent culmina tangere;
Et carne pœnis deſtinatâ,
Delicias reputant labores.
Honor perennis ſit tibi, Trinitas,
Divinitatis quam beat unitas:
Hîc congregatos fac eodem
Nos humero tibi militare. Amen.

VII.

GRex dilecte Deo, nunc Epicedion
Cedat lætitiæ:
Felix Albericus jam tenet æthera,
Onus ſubibit Stephanus.
Obſiſtat, latitet; vocibus omnium
Tandem præficitur;
Te, Tutelâ potens, Te decus Ordinis,
Patrona, Mater, Auſpice.
Creſcit legis amor ſub Duce fervido;
Lenimenta vacant:
Creſcit pauperies; hâc, opulentiæ
Memor Moliſmi providet.
Concurſus procerum quàm procul amovet,
Ceſſent divitiæ;
Præponenda quies, atque ſilentium,
Fides egenti conſulet.
Non hunc cura domûs, atque negotia
Pſallentem ſtimulant;

Digitized by Google

Nec delicta latent abdita pectorum,
Qui mox futura prospicit.
Nunc lætare Pater; pignora jam tenes
Prolis pollicitæ:
En Bernardus adest ad caput agminis,
Dux magne, Primas Ordinis.
Exultat, sobolis dum videt in dies
Incrementa suæ;
Hâc mundum renovat, quam sibi mutuo
Parens amore nexuit.
Arridet melior pars sibi Magdalæ,
Marthæ cedit onus:
Ad Palmas humilis corde laboribus
Tantis paratas evolat.
Immortalis honor sit Tibi, Trinitas,
Æqualisque, Deus:
Ad Te fac soboles currat alacriter
Recto Parentis tramite. Amen.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE